



# De Dictis & Factis Alphonsi regis Aragonum et Neapolis libri quatuor Antonij Panormitae.

<https://hdl.handle.net/1874/456814>

3 2  
De Dictis & Factis  
**ALPHONSI RE-**  
GIS ARAGONVM ET  
NEAPOLIS LIBRI QVATVOR  
Antonij Panormitæ.

**C V M R E S P O N D E N T I**  
bus Principum illius etatis, Germanicorum potiss.  
Dictis & Factis similibus, ab AENAEA  
SRLVIO collectis: & scholijs  
Iacobi Spiegelijs:

Quibus

**CHRONOLOGIA VITÆ**  
ALPHONSI ET LVDOICI XII. GALL.  
Regis, & CAROLI V. Imp. aliorumq; APOPHTEGMA-  
TA, & aliæ Annotationes Historicæ recens  
accesserunt.  
Editæ studio  
**DAVIDIS CHYTRÆI.**

V V I T E B E R G A E  
Typis Heredum Ioannis Cratonis,  
ANNO M. D. LXXXV.

De Dicitur Pro Eccl

Его Господи Господи Господи

Господи Господи Господи Господи

ILLVSTRISSIMO PRIN-  
CIPI ET DOMINO Dn. HENRI-  
CO IULIO DVCI BRVNSVICENSI ET,  
Luneburgensi, Episcopo Halberstadensi & Ad-  
ministratori Mindæ &c. Domino  
clementissimo S. D.

DAVID CHYTRAEV.S.

**D**OBLISSIMVM PROVIDENTIAE  
& præsentia Dei in Imperijs & ciuili  
hominum societate testimonium  
sunt Principes HEROICA virtute,  
sapientia, & felicitate in rebus geren-  
dis præstantes & generi humano sa-  
lutes, qui in politijs & imperijs, quibus præsunt, ho-  
nestam hominum societatem, Legibus, iudicijs, pœnis,  
disciplina muniunt, fouent ecclesias, & literis, artibus,  
Doctrinis & alijs vitæ ciuilis ornamentis Respublicas  
excolunt & exornant. Tales Heroes, verè dona DEI  
propitij & benigni eximia & singularia, imò I M A G I-  
N E S & vicarij DEI in genere humano existunt sicut  
grauissime Plutarchus, optimo ac verè Heroico princi-  
pi Traiano Cæsari familiaris, quamvis ethnicus, scripsit:  
*Ex ari esti eis ari oēg & nātā roouzr. avn̄s ēaw̄r̄ es oēsōn̄t̄a oēw̄ di-  
dēt̄s xab̄sās* princeps est imago DEI omnia exornan-  
tis

EPISTOLA

tis, ipse similem Deo se omnis virtutis præstantia con-  
stituens, & Plato sapientissimè inquit, Quemadmodum  
oues non ab ouibus, nec boues à boibus reguntur sed à  
præstantiore natura, videlicet ab hominibus, sic natura  
humana infirmior est quam ut se ipsam regere possit.  
Quare Deus præfecit ciuitatibus, non homines, sed præ-  
stantius & diuinus quoddam genus, Heroas videlicet  
qui cum habeant ipsis prosperos successus, nobis quoq;  
imperia eorum grata & facilia sunt. Hi ita curant nos  
ut pacem, pudorem, libertatem conseruent, & addic-  
verum est dictum, ubi non Deus, sed mortalis aliquis  
dominatur, ibi malorum & ærumnarum nullum esse  
effugium. Sapientissimè hæc & verissimè à Platone di-  
cta sunt.

Talem Heroem, laudatissimis principibus, qui  
vnquam in genere humano vixerunt, annumeran-  
dum; & omnibus suæ ætatis regibus Sapientia & virtute  
antecellentem, fuisse ALPHONSV M Aragonem &  
Neapolitanum Regem verè ἀμφόπερον Βασιλῆ τὸν ἀγαθὸν, καὶ  
τοῦτον τὸν αὐχμήτην, tota series rerum ab ipso gestarum, & gra-  
uissimorum ætatis illius scriptorum, Iouiani Pontani,  
Barthol. Facij, Thomæ Fazelli, Platinæ, Sabellici, Phi-  
lippi etc. testimonia confirmant.

In primis vero dicta & facta Alphonsi à Σικελίᾳ  
Antonij Panormitæ diligentia & studio collecta, omni-  
um vir-

## DEDICATORIA.

um virtutum sapientissimo & Heroico principi conuenientium imagines, & exempla religiosæ pietatis, justitiae, grauitatis, clementiæ, mansuetudinis, magnanimitatis, constantiæ, fortitudinis, illustria, non modò ad iuuentum, sed multò magis ad imitandum, omnibus sequentium ætatum Regibus & Principibus propo-nunt.

Est autem excellens virtus, in quocunq; appareat ac præcipue in summis Regibus, digna commemoratio-ne honorifica, propter D E V M autorem, qui hos sapien-tiæ suæ radios illustres in Heroicas naturas spargit, vt ipsius bonitatem & præsentiam inter homines gratia-gnoscamus. Et quanquam Heroicarum virtutum præstantia plenè à nobis plebeijs & humistratis exprimi nequit: tamen aspicio excellentium virtutum in viris Heroicis, amorem & admirationem virtutis in animis accedit: & multa de omnibus vitæ consilijs & actioni-bus, prudenter ac laudabiliter instituendis, subiicit, & ad imitationem, quanta præstari in hac imbecillitate potest, bonas ac generolas mentes inuitat.

Omnes etiam, qui doctrinæ ac literarum studia a-mant & colunt, hunc regem Alphonsum amabunt & colent, & studiosè illius historiam & apophtegmata le-gent, quem literarum perstudiosum & apprime do-ctum, & singulari clementia & munificentia doctrinas

## EPISTOLA

& homines doctos fuisse ac ornasse, accepimus. Quia  
ut omnibus innotesceret, passim insignibus suis, LIBRVM,  
& eum quidem apertum appingere, & Symbolo etiam illi suo celebratissimo, pelecano elicienti re-  
stro sanguinem ex proprio pectore ad pullos pascen-  
dos, & Epigrammati PRO LEGE ET PRO GREGI  
adiungere solitus est, ut ostenderet, se non tantum  
Gregis populorum sibi commissi salutem sanguine-  
etiam suo si opus sit, defendere: verum etiam LEGES  
diuinas, & humanas, quae Normæ sunt Gubernationis  
& libris diuinitus traditis, & alijs continentur tueri &  
ornare debere. Ideoq; optimos & felicissimos consili-  
rios suos esse dixit Mortuos, LIBROS intelligens, à qua-  
bus sine metu, sine gratia, sine omni assentatione, qua-  
nosse cuperet, fideliter audire posset. Platonem quoq;  
laudauit quod Reges diceret aut literatos esse oportet  
aut certè literatorum hominum amatores, ac ipse Re-  
ges illiteratos, nihil differre ab asinis coronatis, Aeneas  
Sylvio dixit. Aulam certè eruditis viris omnium profel-  
sionum nulli Academiæ cedentem habuit, inter qua-  
familiarissimus ipsi annos amplius viginti Antonius  
Panormita fuit: quem quotidie quantumvis occupa-  
tus esset, certa & destinata studijs hora, legentem verba  
res autores & historias audire solitus est, nec unquam  
passus est horam libro dictam à negocijs auferri. Huic  
Antonio ad ordinariam benignitatem illud addidit, vi  
mille

## DEDICATORIA.

mille eum aureis Alfonsinis, ob scriptum de dictis & fa-  
ctis suis librum donauerit. Poggium Florentinum  
quingentis ob Cyri pædiam latine conuersam. Phi-  
liphum poëtam Satyras ad iplum deferentem, illasq;  
canentem, equestri honore ac præmijs amplissimis de-  
corauit. Bartholomæum Facium quoq; & Leonardum  
Aretinum, ac Georgium Trapezontium, vt præcipuos  
solummodo nominem, singulari clementia & benigni-  
tate complexus est. Deniq; exemplo suo Hispanos  
multis seculis à studijs humanitatis adeo abhorrentes,  
vt qui literis operam impenderent, ignominia prope-  
modum notarentur, ad cultum literarum sic reuocauit,  
vt rudes propeq; effrenatos homines doctrina quodam-  
modo reformauerit. Cumq; audisset vnum ex Hispani-  
æ Regibus solitum dicere, non decere Generosum &  
nobilem virum esse literatum, exclamasse fertur: Vo-  
cem hanc non Regis, sed bouis esse. Deniq; Regna quæ  
plurima quidem haberet & possideret, malle se perdere  
persancte affirmauit, quam literas, quas permodicas,  
se scire dicebat, nescire.

Huius sapientissimi & studiorum ac literarum  
nostrarum cultoris ac Mæcœnatis benignissimi Hi-  
storiam, vt maioris cum vtilitatis & voluptatis fru-  
ctu lectores cognoscerent, aureo huic de dictis & fa-  
ctis Alphonsi libello, rursum edito, Chronologiam

EPISTOLA DEDICATORIA.

vitæ ipsius præposui, & in historijs, quæ commento-  
rantur, notationes temporum, & personarum illustre-  
rum Genealogias, alicubi adiunxi. Ludoici etiam XII.  
Franciæ regis facetè dicta, & CAROLI V. Imp.  
tam addidi. Quæ omnia, Virtutum & Sapientiæ lu-  
diosis lectoribus, ac tuæ in primis Celsitudini  
non improbari opto. Benè & feliciter va-  
le. Rosestochij, Cal. Iulij, Anno

1584.



# CHRONOLOGIA VITAE ET RERVM GE- STARVM ALPHONSI REGIS

Aragonie & Neapolis.



ANNO

Christi

1395.

ALPHONSUS REX ARAGONE N-

sis (seu, ut veteres proposita litera Fenunciarunt, Tar-  
raconeus) & Neopolitanus, Valentia in Hispania,

NATVS EST: Imperante Romanis VVenceslao Boe-

no: Gallis, Carolo VI. Burgundis, Philippo Audace,  
Caroli VI. patruo Hispanis Castell. Henrico III.

Vngarisi, Sigismundo, qui proxime sequenti anno insi-

gnem & primam à Turcis cladem ad Nicopolim accepit.

Pater ALPHONSI fuit FERDINANDVS Iustus, Aragonie  
rex, annus IOANNES I. Castelle rex, qui ducta Eleonora sorore

Martini postremi Sicilia regis absq; liberis defuncti: filia Petri IIII.

abnepiti Petri III. (qui primus ex Tarraconensisibus Siciliæ rex pulsis Gallis  
anno 1283. factus est) Aragonie & Siciliæ regni Castelle coniunxerat:

& currentis equi lapsu oppressus interierat. Huic cum duo filij, Henricus,

& Ferdinandus Alfonsi nostri pater, superstites essent: & Henricus natu-

mator, in ipso iuuentu & flore prærepus, reliquo vniq; infantulo Iohanne, tute-

ram illius simul & regni curam fratri Ferdinando moriens commisisset:

Ferdinandus sollicitatus à pleriq; vt vltioris Hispania regnum sibi vendi-

caret: conuocatis de more regni Castiliæ comitijs, in conspectu omnium re-

gni procerum, & à ciuitatibus missorum, cum omnes vt se ipsum Regem de-

clararet, & iuramentum fidelitatis sibi praestari peteret, expectarent: prodigi

in medium, & ex edito suggestu infantulum regio ornatum cultu, atq; in-

positum humoro, alteq; sublatum, ut ab omnibus conspiciri posset, ostentans:

En Regem, inquit, o Hispania principes, liberarumq; ciuitatum oratores.

Noster hic Rex est, hunc veneremur, hunc colamus, huic fidem seruemus,

vt mos est Hispanorum gentis erga reges, atq; his dictis collocatum regio in

solio infantulum, ipse primum vt moris est, ad eius pedes procumbens, & ve-

neratus est illum, & in verba eius iurauit, vtq; idem cuncti facerent exem-

plio suo adegit. Singulari etiam prudentia & integritate tutelam aliquos


1406.

## CHRONOLOGIA

annos administravit, & adiitio, non minore fide, quam Micythns illis  
opere in historijs celebratus, Anaxilai Regini filys, regnum mature*et*  
tuit.

Est quod est admirabilior Ferdinandi integritas & fides quod ipse prae-  
Alfonsum, quatuor adhuc filios, Iohannem (qui Alfonso mortuo in Aragona  
succesbit, & Ferdinandum Catholicum procreavit, qui Saracenos ex re-  
uersa Hispania expulit, & ex filia Iohanna nepoti Carolo V. Imp. ampli-  
morum Hispanie regnum hereditatem anno 1516. reliquit) Henricum  
Gallicie postea a gubernatorem seu Magistrum S. Iacobi: Sanctum magnificum  
de Alcantara: Petrum in Neapolis obsidione globo interemptum: & filio  
duas, Mariam reginam Castelle, & Eleonoram Eduardo Lusitaniam regi  
ptam, & matrem Eleonore, Imp. nostri abutie habuerit.

Fuit autem tritanus Ferdinandi Insti, ALFONSVS X. Cæsare  
rex, Imp. anno Christi 1256. electus, a quo seriem familia ad annos  
8500. deducam.



Ferdinandus

ALFONSI REGIS.

2

Ferdinandus III. rex Legionis & Castellæ, qui Mauros in Be-  
ticam primus con. lusit, cœpit anno Christi 1216. regnauit 35.

ALPHONSVS X. cœpit 1252. à quo Tabula Alfon sine  
nomen habent, electus Imp.  
Sanctius IIII. cœpit 1284.  
Ferdinandus I II. cœpit 1295.  
Alfonsus XI cœpit 1310. annis 40.

Petrus cœpit 1350. Henricus II. cœpit 1369.  
afratre intersectus.

Iohannes I. Rex Castelle

cœpit 1380.

Henricus III. Rex  
Castelle 1390.

Ferdinandus Iustus Rex Arago-  
niæ 1415.

IOANNES II. cœ-  
pit puer 1406.

ALFONSVS magnus rex A-  
ragonie & Nea-  
polis sapientis &  
fortis. adoptatus

IOANNES post Alfonsum  
rex Aragonie.

HENRI- ELISABETH  
cus IIII. regina Castelle  
1453. 1504.

— ioanna 1420.  
1458.

FERDINAN-  
dus Catholi-  
cus maritus  
Elisabethæ,  
cœpit 1475.  
1516.

IO ANNA nupta Philippo  
archiduci Austriae, Maximi-  
iani Imp. filio.

FERDINANDVS  
vxor Isabella, Tristani  
comitis Venosini filia.  
regnauit 36. annos.

CAROLVS V.  
IMP. 1558.

ALFONSVS a FRIDE-  
Carolo VIII. pulsus ricus ab  
1495. Hispani Gal-  
lis pulsus

PHILIPPVS Rex Hispaniæ  
Neapolis Siciliæ.

FERDINANDVS. 1496. 1501.

## CHRONOLOGIA

- An. Christi.* Ladislaus, Caroli filius, Ioanna II. quæ Alfonsum postea adoptauit,  
 1401. frater, in regno Neapolitano, à P.P. Bonif. IX. inuestitus est.  
 1406. Henrico III. Castellæ rege Ferdinandi iusti fratre, Alfonsi patru-  
 in ipso statis flore extincto. IOANNES II. Castellæ rex puer succedit,  
 tutelam regni, Ferdinando patruo iuste sanctege administrante. Quo anno  
 Antonius, Philippi Audaci filius, Ioannis Burgundie Duci frater, Dux  
 BRABANTIAE factus est.  
 1407. Ludoicus Aurelia Dux, Caroli VI. regis frater, à Ioanne Burgundie  
 submissus scarijs, Lutetia trucidatus est.  
 1411. Ladislao à PP. excommunicato, Ludoicus II. Andegauensis Neapolis  
 irrito conatu inuidit.  
 1413. Ladislau Romanum occupat, sed à PP. pulsus, paulò post sine liberis  
 moritur: IOANNA II. sorore unica herede instituta, quæ Alfonsum  
 Aragonem postea adoptauit.  
 1415. ALPHONSUS, mortuo patre Ferdinandio, Aragonia, Catalonia,  
 Valentia, Navarra, & Sicilia regna gubernare cœpit, cum adolescentia an-  
 nos nondum egressus esset. Itaq; Catalani, in frequentibus regni comitijs  
 per delectos oratores, Alfonso exponunt, ordinibus regni post longam delib-  
 rationem consultissimum & utilissimum patriæ rideri, vt rege adhuc inuen-  
 & alijs etiam regnis regendis occupato, septem viri sapientes, & iusti in go-  
 bernatione Catalonia præficarentur, qui Deum timerent, cupiditates sibi  
 freno tenerent, nec amore nec odio nec muneribus tangerentur. Horum oratione  
 breuiter repetita, Alfonsus magnopere consilium illorum laudavit, iug-  
 sibi mirum in modum placere ostendit, quod si huiusmodi non septem, inquit  
 sed unum solammodo virum, quem Oratione vestra descripsisti, mihi dele-  
 rit, sponte ipsi ò amici sceptrum & regna me traditurum, & omnibus in se-  
 bus obtemperaturum esse promitto.  
 1415. Carolus VI. Gallorum Rex ab Anglia rege Henrico V. ad Azincourt  
 tum profligatus, pacem & amicitiam Alfonsi expedit. Quo ipso anno con-  
 cilium constantiae celebratum, & IOANNES HVS die 8. Iulij con-  
 bustus est.  
 1419. Ioannes Burgundie Dux, à Carolo Gallie Delphino, ad colloquio  
 euocatus proditorie interficitur.  
 20. Septem. ALPHONSUS, in Sardiniam, vt Genuenses inde ejaceret, cum  
 classe profectus est, vbi IOANNA II. regina Neapolitana legatus, à pp.  
 viii Carassa, opem Alfonsi aduersus Ludoicum III. Andegauensem, à pp.  
 Martino

ALFONSI REGIS.

Martino V. & Francisco Sforzia summo equitum magistro accessitum,  
implorat.

Ioanna Alfonsum in filium adoptat, & Calabria ducem ac se mortua regni successorem designat, & Ori arcem Meapolis tradit. Alphonsus igitur Raimundum Piriludem ducem, auxilio Ioanne, cum classe, militibus & comitatu instructa, Neapolini, a Sforzia obcessam, mittit. Vbi literae adoptionis Alphonsi & successionis in regno Neapolitano, die 19. Septemb. confectae sunt. Sed Ludoico Andegauense, obsidionem Neapolis ex Aversa quam tenebat, nihilominus, urgente: denuo legati a Ioanna ad Alfonsum in Corsica Bonifacium obsidentem missi petunt, ut rex ipse cum amplioribus copijs martri Ioanne e open ferat.

Erat autem Ludoicus Andegauensis, sobrinus Caroli Delphini Gallie, quem pater Carolus V. I. Rex, ob Ioannem Burgundia ducem scelerate necatum, hoc ipso anno exharedauerat, & vigente Philippo Burgundo, Ioannis filio, siliam Catharinam Henrico V. Anglia regi petenti in matrimonium, tradidit, cumq; Francie Regentem, & se mortuo successorem, excluso Delphino, filio, constituit.

Ioannes Valesius Rex Gallie ab Anglia 1356. captus.

CAROLVS V.  
rex Gallie.

CAROLVS  
VI. caput 1382.  
CAROLVS  
DELPHI-  
nus & postea  
dux 1423.

LVDOICVS Dux  
Andegauensis a Ioan-  
na I. adoptatus 1379.

1384.

LVDOICVS II.  
cum Carolo & Ladis-  
lao de regno Neap-  
contendit.

1417.

PHILIPPVS Au-  
dax Dux Burgun-  
die.

IOANNES a  
Carolo Delphino  
proditione casus  
1419.

Philippus Bonus.

Carolus Burgun-  
dus.

LVDOICVS III. a  
Ioanna II. adoptatus,  
& iterum repudiatu  
1419. tandem rursus  
contra Alfonsum euo-  
catur 1423.  
Cosenzie 1432.

RENATVS cum  
Alfonso post obi-  
tum Lud. III. sex  
annos de regno  
Neap. bellum ges-  
sit. tandem 1442.  
Neapoli cessit. Carolus V. Imp.

## CHRONOLOGIA

1421.

Alphonsus cum illustri nobilitatis Aragoniae & Siculae 1500. comis  
ex Sicilia Neapolin traicit. Ludoicum ab obsidione urbis depellit, & inde  
factis, ex regno discedere cogit. Inde oppida que tenuerat Ludoicu[m] Averio  
Azerras, Amalbin, Massenos, Surrentum, in amanissimo illo Campania pa-  
radiso sita, recedit. Vbi ingenuisse sepe pulcherrimorum agrorum rastacu-  
terent, quod postea eius lenitate & misericordia corrigi non posset.

1422.

Recuperatis oppidis & pacato regno. pestilentia Neapolitana  
Alfonso cum Iohanna regina & Caraciolo regni Gubernatore, alijs pri-  
ribus Caetam cum classe contendit. Vbi in navi quendam ex principiis  
Alfonso dixisse ferunt: Nunc o Rex, si vis ut velle debes, potes vmatum  
Neapolitanum regnum absq[ue] adversario & discrimine villo, extra omnem de-  
bitationem obtinere: si quos tecum ipse ducis eos omnes in Siciliam capias  
dimiseris ac ipse regnes. Cui Rex, si quidem id neciret, se eo proposito exten-  
sham discessisse, vt veram & absolutam gloriam, quantum in se esset, ad suum  
referret. Quam non perfidia & dolo sed virtute & constantia sepe pugnau-  
qui, Dei optimi Maximi benignitate considereret.

Caetam cum peruenisset, praecipui regni proceres & in his Francis  
Sforzia, Francisci illius, qui Philippo Maria mortuo Mediolanense imperium  
adeptus est, pater: qui Ludoicum antea secuti erant: tot fortibus Alfonso  
factis & prosperis fortunae successibus permoti, ad Iohannam & Alfonso con-  
perium, erroris sui ventiam postulantes erudierunt. Quibus omnibus pro-  
nig[ue] veniam Alfonsus, clementie & mansuetudinis laudem praecepit &  
tens concessit.

Ea res primum Iohannam egerrime ferentem ad eò facile hostiis  
suis ignosci, offendit. Invauerant & oppida paulò ante recepta, in regne  
Alfonsi. et Caraciolus, qui antea solus omnia Regine nomine in tote re-  
gno administraverat, Alfonsi autoritate suam obscurari seru[n]dum non pos-  
sat. His igitur inuidiae & emulationis facibus accensus, virulentas injuri-  
ciones & odium erga Alfonsum Iohanne instillat, ac tandem persuadet,  
nisi mature ibi ab Alfonsi insidijs caueat & Caeta discedat, eam ab Al-  
fonso in Hispaniam missum & totum regnum ipsi creptum iri. Dispersa  
igitur causa, reliquo Caeta Alfonso, Puteolos subito profecta est, ac inde  
Neapolim.

Interit

## ALFONSI REGIS

4

Interea complares, tum arcibus praefecti, tum praefides terrarum ac principes, adeuntes regem, pallicti sunt penè vniuersum Neapolitanum regnum, regina inscia sese dedituros. Quibus rex, habere se quidem gratias respendit; sed se pluris famam & honorem suum, quam regorum quamlibet magnum estimare. suum quidem consilium & fuisse & esse, res placuisse, posidere. Quod si Regine in se voluntas immutata videatur, id mollitudini & fragilitati sexus assignandum esse. Contra se & virum & regem esse meminisse oportere. Statim vero terrestri itinere reginam sequitur, cumq; amicis colloctionibus sanare offensiones conatus nibil proficeret, tandem Caraciolum facem totius incendi, in quo omnium regine consiliorum suumam esse sciebat: retinere in arce regia, & reginam absente illo in arte Capitana adire instituit. Sed præmonita Iohanna, absens propter medium iam pontem transierat, deiecta repente cataracta, exclusa, ac mox Franciscum Sfortiam & alios Andegauensem partium proceres ad opem sibi ferendam & pellendos Neapoli Hispanos impellit.

Hic profligatis Alfonsi copijs urbem Neapolim occupat Alfonso in arce 1423.  
regia obfesso. Cum autem noua clasps cum recenti milite ex Hispanis appulsi set, Alfonsus urbem ex arce & portu oppugnatam recipit. Post ei Aenarie insulae occupanda spes adseritur, quam Iischiam vocant, eamq; vi excepta arce cepit. Cumq; postridie Alfonsus clementia in viles vi statuisset, captiuos omnines liberari, yscq; domos restituti usit. Quare cognita qui in arcem confingerant, salutem pacis, deditioinem fecerunt. Recepta arce eaq; presidio firmata Neapolim redit, & ex tam muniti naturali situ oppidi expugnatione ingens nomen & gloriam adeptus est.

Hac dum ab eo geruntur ex Hispania allatum est Henricum fratrem, quem vnicce diligebat, a Iohanne Castilia Rege, impulsa Aluari Luna qui Alfonsi commendatione apud Iohannem creuerat: donatum Gallicæ & bonis omnibus spoliatum, & in vincula coniectum esse. Facta igitur cum Iohanna Regina pace, posthabitus regni Neapolitanii delicijs, ad liberandum fratrem in Hispanias traxit, Neapoli, Petro fratre, & Caete Antonio Luna praefectis. In itinere Massiliam que ad Andegauensem prouinciam pertinebat, ex Stechadibus insulis oppugnatam cœpit & d'ripuit. Urbe capta pro more suo maiorialis decoris hand obliuia, earum fæminarum qua in templo confugerant inturie

## CHRONOLOGIA

inuria parci iussit, easq; spectate integritate viris, ne à militisibus preh  
sicerentur seruandas tradidit. Que cum ad eum pro conseruata pudore  
magnam auri atq; gemmarum vim, quas secum deculerant, missent, plus  
libertatem, & ea omnia se se ijs dare dixit, potestatemq; fecit, vii ad se  
mitterent qui eas ex vrbe deducerent: ijs ut omnes, quas ab incendo con-  
suerant, exportarent permisit. Cum autem in reliqua præda etiam D. Lu-  
doici Episcopi Tolosani, ex Gallie regum familia nati: corpus in Hispaniam  
uskeret, ac in mari asperrima tempestate iactaretur: cum Sacerdoti  
nauta ac milites vna omnes clamarent D. Ludoici: corpus, tempestati huius  
causam esse, ideoq; remitti Masiliam debere: ipse in proposito perfracto  
aut sibi vna cum S. Ludoico pereundum esse, aut in longè augustinorum  
Dijs acceptiorem ciuitatem se sanctissimi corporis reliquias conditum q;  
Cum igitur Valentiam incolim cum exercitu peruenisset: D. Ludoici  
pus, clarissime victoriae vnicam mercedem, sed eterna sue glorie monumen-  
tum summa cum veneratione & gratulatione ciuium collocauit.

Deliberanti autem de ratione belli Hispanici & liberando fratre  
Rogerius Pallantis comes Alphonso seorsim indicat, in animo sibi esse totu-  
rem Castelle regem ipsius hostem, contempto omni periculo confodere, & q  
id sibi, si modo annuat rex, factu per facile. Cui Rex se non solum pro Cal-  
le atq; Hispaniae regno, sed ne pro totius quidem orbis imperio adipicere  
tam crudele atq; detestabile facinus permisurum. Postea tamen offensio  
magis quam illato bello, aliorum regum, ac imprimis Marie sororis, qui u-  
banni nupta erat, fratrem Heinricum è custodia liberavit, & in prisone  
dignitatem & dominatum Gallicie, electo & in ordinem redacto dux-  
Luna restituit.

1424.

Interea Neapoli, Iohanna Regina, inconstans & leuis famina,  
doicu[m] Andegauensem, qui Romæ substitutus per Pontificem sibi recomenda-  
& adiunctis societate Genuensis & Duce Mediolani, primum Carrara  
deinde Neapolim, prodente vrbe Iacobo Caudola vrbi presidio occupa-  
Petrus Regis frater et si auxilia classe ab Alphonso missa fuerant: tamen  
sperata vrbi recuperatione arcibus tantum presidio munitis in Siciliam re-  
migat.

1425.

Alphonſus factio cum Florentinis, & Thoma Fregoso Genuensis alia  
duce, fædere, Sinum ligusticum classe infestauit.

1426.

Pax inter Alphonsum & Philippum Mariam has conditione facta,

Bonifaciu[m]

# REGIS ALFONSI.

9

Bonifacium & calum, Gorsicæ vrbes, Alfonso trāderentur. Sed aduersante  
populo Genuense, Portum Veneris & Lune, in finibus Liguriæ, earum loco  
Alfonius accepit.

Pax cum Genuensibus à Philippo facta.

Bellum inter Alphonsum Aragonie, & Iohannem II. Castiliæ regem 1428.  
Patruelam, rursum exarsit, quod interuentu marie, sorori Iohannis, Alphonsi  
coniugis, sedatum est.

Denuo bella inter vicinos reges Hispanie patruelles recruduerunt. Qui-  
bus tandem compositis & pacatis Alfonius cum suspicionem excutiende ex-1430.

Regno Iohanna matris adoptiue, si viuento ea Regnum inuaderet vitare non  
posset: expeditionem in Africam suscipit ac Gerbum Insalam, que Loto pha-1431.

gites antiquis fuit, obsidet Cuiusq; populari eam & occupare capisset, à Bophe-  
rio Ibuneti Rege, qui cum ingentibus copijs ed venerat, prælium ipsi per lite-1431.

ras denunciatur. Quibus acceptis Alfonius oblatæ occasione maioris glo-  
rie, contempta Insula barbarum expectare constituit. Quo ingenti pre-1432.

lio profligato ac ferè capro, tormenta omnia & signa militaria & pradam  
ex castris ingentem deportauit. Postea Apuricanu urbem vicinam, que  
veteribus Aphrodism vel certe vicinia illi Leptis parua fuit, quamq; no-1432.

stra temporibus Imperatoris Caroli V. exercitus anno 1550. expugnatam Hi-  
spaniæ sub ecit: tentans, nauibus aliquot ex portu abducta in siciliam redi-1433.

Vorbypbernis actis, de Neapolitanô regno, in quo præter arces Neapolis & Ae-  
narie, nihil ferè in sua potestate habebat, & de reconcilianda sibi Iohanna  
matre adoptiua denuo deliberat.

Cum autem simulatè Iohannam omnia agere Alfonius cerneret: in  
Hispanias redire constituit. Sed omnibus ad navigationem paratis, cum ventis  
aduersi tres continuos menses classem in portu Drepani retinerent: Ecce  
de Caraciolo infensissimo hoste suo, à cniuratis trucidato, & Ludoico  
emulo, febri ad Cosentiam extincto, & paulo post de Iohanne Regine 1432.

obitu, nuncij adseruntur. Fato igitur se in italia retineri existimans: statim 1433.

fidos homines ad explorandas procerum volantates in regnum Neapolitanum  
emittit, ac Tarentinum Ducem & Suezanum, cuius opera Capuanum primum in  
potestatem suam rededit, sedere sibi iunxit.

Sequenti anno Cœtam Regni Neapolitani claustrum firmissimum,  
que valido præsido Genauensem & Andegauensem n. unita erat, terra 1434.

maria obsidet. Tandem fame grauissime obcessos urgente, coacti sunt  
oppidani

¶ 340

appidini, quod in extremis rebus fieri solet, paucos, pueras & etiam omnium bello matrem & cuius ut eūcere. Cuiusq[ue] eas minime recipiendos, sed neas dos i[n]terficiendosq[ue] omnes Duces affirmarent, preclare Rex respondit, tam in alle potius Caieta & Caetani's potius multum, quam tam fidele, tam crudeliter vincere. Armis se quidem habere referens, non aduersus eam atque castra adeundi, & cibo ac potu refectis, abeundi quo vellent, potestatim praecepit. Durante p[re]terea obſidione, cum quidam regi diceret: si in hos non tam fuisse, Caetani paucis post diebus se dedissent. At ego, Rex respondit, plauso corum vias, quam Caetanas centum.

Memorabile profectio & rei è Heroicum clementia specimen. Quod Caietanorum ciuitatum, quorum coniunges ac liberi seruati erant, animis & Alfonso conciliavit; ut paulo post, vibem, quam 40000. hominum exercitus capere nequiebat, sponie ei traherent. In eadem oppugnatione, eis leviter fortis esse aluci videbatur, tamen dignum memorata duxi, quod cum aliquando ad tormenta cinea, portentose illius amplitudinis saxa defecissent, & vicina Ciceronis illa quidam commodissime haberi posse moneret; Rex unde ea conquisi iussit. Malle eni[us] se tormenta & machinas nulli ipsi, quam vel saxe illius viri, qui tot homines ab iniuriis & capitia etiam perire lo vindicasset, iniuria officere.

Cum autem multis menses obſidionem Caetani sustinuerint: tandem Genuensium classem subſidio illi venire Alfonſus comperit. Quare ad virtutem oratione sua accensis Ducum ac militum animis, iam ante glorie copiditate ardentiibus: exercitum naves concendere, & Genuensi classem, plus quam ad vibem appelleret, occurrere iussit. Cumq[ue] de Imperatore Charles presiſiendo inter Iohannem & Henricum Regis fratres emulatio esset, Alfonſus ne alterutrum offendaret, ipse classem concendit, plus fratrum cordiam faciens, quam periculum quod castris ipso absente imminentem. Commissio autem pralio nauali, cum Genuensium praetoria, flexo in Genua cursu, puppim Alfonſi clavo detorso oppugnaret, & ad latera aliae circum se harpagonibus inieciō, militem Alfonſi terrestribus pralijs magis quam ualibus affuetum trucidarent: effusis ad genua proceribus ac ut fortunaretur precantibus, Philippo quanquam absenti dedere se dixit, atq[ue] ita duobus fratribus, & duce Tarentino ac Suessano & alijs proceribus Neapolii qui partes ipsius secuti erant & flore nobilitatis Sicula & Aragonica capta est, anno Christi 1435.

In qua captiuitate præcipue magnitudo animi ipsius & virtus Heroica effulgit. Cum enim violo tam regi conditiones afferrentur, non prius illas recipere voluit, quam sacerorum viam cum hostibus pacius esset, nullum in omnino vita aut salutis sue mentionem faciens, præclare secum agi existimans, si propria morte reliqui, vel a morte seruarentur, vel a captiuitate redimerentur. Abdalus in classe vetricie ad Aenariam, iussus est ab Amyrali Genuensi et insulam Gensenibus statim curaret, cui Rex, Quæ poteris à libero impetrare inquit, eodem modo a captivo petas. Iam nec mandabo tale aliquid meo, nec si mandarem, illi captiu Regis mandata facerent; scias igitur e regnis meis ne saxum quidem hac ratione obtinueri posse.

Postea Regem non Genuam sed Saonam & inde ad Philippum Mediolanum Amyralius perduxit, in quo itinere adeo liberè autoritatem maiestatis perpetuo seruauit suam, ut interdum victoribus ipsis non vicit sed viceretur potius appareret. Ideoq; haud remere nonnullos dixisse serunt: In omni fortuna Alfonsum & videri & existimari merito Regem.

Philippus eum non vt hostem captiuum sed hospitem & amicum amans excepit, ac de amicitia & voteri fædere renouando se eum eo acturum esse ostendit. Quod ubi Alfonius animaduertisset, ex Philippo queri iussa, quas nam pro liberatione leges dicturus esset, nullas omnino se recusaturum esse, praterquam si ab expeditione Neapolitana desistere iuberet. Malle enim se quidam in carcere vitam degere, quam ab huiusmodi incepto dimoueri, tam ut constantiam in re scindit suscepit seruaret, tam vel maximè ne suarum partium Regulos, qui secum captivi essent deseruisse videretur. Paucis igitur interieciis diebus fædus hisce legibus sanctum est Alfonso fratribus, Regibus & ceteris captiuis, quos Mediolani quos Genue, in potestate haberent, sine precio dimisis, societas eo iure staret, vt philippus Alfonsum, Alfonius Philippum bello ac pace adiuuaret, atq; vt amicos eosdem atq; inimicos uterque haberet. Interca Isabella, Renati Andeganensis in Burgundia capi coniunx Neapoli app. lit.

Alfonius vero dimissus à Philippo Rex, Ducem Tarentinum rectâ in Siciliam ad Petrum fratrem alegat, ut cladem, qua ex Liguria abducetur & commeatum ad portum Veneris, quo se repererat Alfonius, aduheret. Navigante autem Petro coorta tempestas disicit cladem, ita ut oneraria

à ceteris auulsa tercio die ad portum appellerent, & Genuenses qui à princeps suo Philippo ob dimissis sine lyris captiuos & impetratam insper classem qua in regnum Neapolitanum reducerentur, defecerant, & portum venis, quod solum in Liguria oppidum tenebat Alfonsus, oppugnare intentabant, à proposito deterrerent. Relique triremes ad Pontiam insulam Cattae vicinam conuenerunt. Vnde, cum capto Alfonso nullum ab ipso periculum amplius imminere existimatum esset, præsidij pars maxima dimissa erat.

1436.

Quare Caetani Ciues quorum liberi ac coniuges in obsidione superiori anno à milibus præsidarij electi, ab Alfonso hoste conseruati erant; exempli pars clementia ac misericordie admirando adducti: de Caeta Alfonso tradidit cum Petre agunt. His igitur ducibus usus, noctu cum classe ad urbem expellit & occupat Petru, a quo cum & triremes & nuncium de captiis Caeti Alfonsus post paucos dies accepisset, statim Caetam petiit, & redintegrata bello, quod funditus captiuitate illius extinctum videbatur, summa cunctitudinis constantia, magnanimitatis & clementie laude sequentis sexenniis totum feliciter confecit.

1435.

Accersuerat Andegauensis factio Renatum Andegauensem, Laudabilem fratrem, & Pontifex Eugenius III. Alfonsum palam oppugnabat, missus Duce Iohanne Vitelesco Patriarcha Aquileiense, qui cum rebus suis diffundit, inducias cum Alfonso pepigerat. Postea Iacobo Cadole iunctus, nihil dulce Alfonso sufficante, duransibus indutus, de Natali Christi, Alfonsum in templo sacris vacantem ex improvso cum duobus exercitibus invadit. Quibus tamen, non nisi per acto sacro, ut antea dixi, Alfonsus occurrit, et quod citer proficavit.

In Scaphati obsidione, quod oppidum in Sarni rips situm est, cuncturiones ac milites præsidarij, non solum tela & saxa, verumeriam obscenissima & contumeliosissima verba in Regem, & Petrum Regum fratrem & Lucem Tarentinum iecissent, ideoq; capto oppido, omnes in furcam tollendos esse ceteri Duces contenderent: Alfonsus contra, omnes dimicavit, fratre ac ducibus hac oratione placatis: in huiusmodi iniurijs, non quid dicatur, sed à quo dicatur, in primis animaduertendum esse. Spurci fluvii spurce, loquantur spurce, vt liberte nequaquam ob aliorum maledictis sua natura & moderatione recessurum esse. Adhac victoriam fortanam

marinu, clementiam sui iussus, & malle se ex clementia quam ex victoria laudem adipisci. Deniq; expertum loqui, nihil magis aduersariorum animos flectere & conciliare solitum esse, quam placabilioris & mansuetudinis non men.

Offerentibus se ad Renati Andeganensem ducu necem minatus est, si tale aliquid de cetero cogitare auderent, se in eos tanquam parricidas, anis madueretur: addens se virtute, non insidijs, cum hoste de regno contendere. Arpario oppido vi capto, in eius potestate praefectus urbis Marinus Bossa insensibilis Alfonsi hostis peruenit, in cuius necem cum universis fere exercitus iurasset: unus alfonsi magis natura & consuetudinis sua, quam quid hostis insensibilis de se meritus esset, rationem habens: ipsum a militem suore atq; iniuria descendit, & bonis omnibus restitutis, insuper ad senioriam dignitatem eusexit.

Secuta est obsidio Neapolitana, Renato in Pelignis commorante, que 1438. tamen fratrem regis Petro, idu tormenti repente extinto, statim tricesimo die soluta est. Alfonsus fratri examini pectus multis p̄ijsq; cum lacrymis exosculatus, Frater inquit laborum & gloria nostra particeps, eternum vale, ac mox in arcem, quam Oui vocant, tantisper efferendum curauit, donec iusto apparatu regio, quod postea fecit, parentare liceret. Deinde ad exercitum reuersus, interiu Petri vehementissime consernatum, fortissimi Imperatoris munere functus, fortissima oratione erexit illum ac confirmauit. Inde in Picentinos & Lucanos progressus, Salernum, & Paestum, antiquam Sirenum Academie sedem, & vicinos Brutios sibi subiecit. Interea Renatus Arcem Regiam, que in Alfonsi potestate hactenus manjerat, oppugnat, & assidente Alfonso, qui arcem amittere, quam Renato exhausto, petitas ab intercessoribus legatis Gallorum Regis inducias concedere maluit, deditio[n]es acceptit.

Postea Antonio Cadola in fidem recepto, Auersam cepit, quo rursus 1440. ad hostes deficiente, sequi eum in Pelignos statuit, sed febri Capuae retentus est, ubi se magis Q. Curtij ab Antonio Panormita allati lectione, quam meo dico rum pharmaci curatum esse, sapè postea iocatus est. Inter haec sibi allata Capenorium Antonij Cadole oppidum occupari posse, præmissis belli duebilibus, ipse cum copijs subsecutus, Vulturnum annem, quo brevius iter faceret traxit, Quumq; Rex in aduersarijs flaret, quoad omnes copie flumen traiecerint, quidam ex equitibus, cum ex equo lapsus in conspectu eius de-

vita periclitaretur, indigna hominis morte per motus suos primum horitur, rati morienti opem ferrent, cumq; eiusdem periculo metu nemo accurrit, grandeles ac timidos appellans, continuo subditis equo calcariibus, flumen greditur. Quod cum q; qui aderant, equites intuerentur, nonnulli obvius cundiam secuti, semianimem ex amni sustulerunt. Qui ad ignem subitum, et tunc, ac refectus, pedibusq; suspensus, ut quamlibet aquam repletarit, primum se collegit, Aragoniam clamitans, primam vocem emisit. Hisq; a d<sup>o</sup>

*i. 44.1.* Per id ferme temporis Gratias Cabenellus Hispanus eques, quem a montem Fusculum Alfonsum cum parte equitans reliquerat, cum Petro Sanc  
quaro de arcu Beneuentana occupanda egit. Erat autem eius arcu praefata  
vitricus Petri. Qui cum ad deditio[n]em arcis vix cogi posset, deq; ea sufficit  
dubiusq; adhuc esset: Alfonsum re cognita, statim Beneuentum venisse, ut  
in arcem, vbi validum inerat presidium, transmisso ponte introisse, obstopere  
etiam vero arcis praefectum Regis audacia, & arcem & se ultra cum prae  
dedisse traditur. Posthac ad Calatiam Rex exercitum ducit, vbi aliquo  
us dicta ac facta memorabilia, ad nostri etiam ordinis scholastici honorum  
liqua ex parte pertinentia, Panormitanus recitat, que hoc tempore volu[n]  
tino. Calatia dedita in Apuliam progressus, ad Troiam praeium felix co  
misi, cuius supra memini. inde Vicarium mouit, quod vi captum cum diripi  
tur, veritus & ex ne in feminarum pudicitiam militum furor tandem batte  
retur, Iohanni Alcino viro amplissimo negotium dedit, ut in templum cogi  
gatas, a militum iniuria defendere.

*i. 44.2.* Secuta est postrema Neapolis obsidio, qua durante, Puteolos, Maffi,  
& alia oppida recepit. Cumq; à Ludoco Podio Roma certior factus esset, &  
cium regiorum peditum auctorem, instinctu Eugenij Pontificis, ad hostes opp  
idis aliquot occupatis statim transitum, ideoq; operæ præcium fore, illum  
adhuc integrat apere, ac custodiare, malle se inquit, a suis prodi, dannos  
fici, quam de illis vñquam minus consūsum videri. Desfiscalis Riccius ut inde  
nequaquam de beneficiarijs suis tale aliquid, nisi comperto scelere, efficiatur.  
Progredivit tamen nihilominus in campos Leborios, vbi venanti navi  
ciius de S. Germani oppido regni clauistro & monte Casinati à Ricio occupati  
adseritur. Quo commotus Rex, cum facto non coosculo opus esse dixisset, summa  
celeritate ad oppidum, antequam Arx Ianicula occuparetur, contendit, &

proditore fugato, quarto post die quam fraude captum à Ricio fuerat, recu-  
perauit.

Inde ad Neapolis obsidionem redit, quam dacta ab Anello quadam sa-  
bes clementario, per aqueductum subterraneum militibus in urbem, qui por-  
tam vicinam occuparant, tandem 32. belli anno, qui fuit a nato Christo 1442. 77  
expugnauit, Renato in arcem concluso, quam tamen paulò post ad Eugenium  
Pontificem Eloquentiam concedens Renatus dedidit. Post cuīus discessum ad-  
versus reliquos hostes Antonium Cadolam & Iohannem Sforiam Francisci  
stratem profectus est, inter quos cum diu anticipi marte pugnatum esset, tan-  
dem Alfonso hostes in fugam vertit, & Antonium inter primos dimicantem  
cepit, cui ad se perdaclō, exitiali & quasi hereditario Regis inimico, et si o-  
mnes morte multitudinem censerent, tamen veniam erroris postulant, non  
modo ignoravit, verum etiam oppida, quae a patre accepta hereditario iure possē-  
debat, reliquit. Nec Iacobi patris capitales inimicitias, nec Antonij filij pertui-  
ciam, estimare vixit. Cumq; indicaretur Regi, penes Antanum Cadol-  
lam exire plurimas Epistolās, in caput & statum eius conscriptas ē re igitur  
Regi esse illas exhibuit & leclum iri, quo saluti illius prospici posset simul  
& ingrediētes animeduerit; Rex literas proferri iusit, minimeq; leclis igne  
comburi. Milites præterea captiuos missos fecit, nonnullos quamvis hostes,  
muneribus ob egregiam virtutem ornauit. Quia benignitate & clementia  
ipsorum etiam hostium benevolentiam sibi conciliauit, ac toto regno deinceps  
vij, ad vitæ finem in summa pace & tranquillitate potitus est. Confedo igit  
tur bello Neapolitanō, Urbem Triumphali pompa 26. Febr. ingressus est 1443  
& Eugenio Pontifice reconciliato, hortatu ac precibus Eugenij, & Philippi  
Mariae, Franciscum Sforiam ex Piceno expulit, & Pontifici Ecclesiæq; Ro-  
mane recuperatam prouinciam restituuit. Cumq; vnam & alteram urbem ex  
cepisset, Pontifex vtrō regi gratitudinis causa offerret: ingenti animo illas  
repudiauit, dicens, se non questus sed Dei & Ecclesiæ gratia, e expeditionem  
illam suscepisse.

Genueis perentibus pacem dedit.

1444.

Postea Venetiis & Florentinis ac Francisco Sforia Philippum Ma- 1446.  
xiam oppugnabit: cum, Cottimola Duce, Veneti profligato Philippo  
exercitu, omnem ad Abdquam agrum cepissent: Philippus ab Alfonso velut  
sacra ancora defensionem peti, eiq; heredi & successorī a se instituto,  
ciuitates

1446.

civitates, oppida & arces totius imperij Mediolanensis se tradiditum possunt licet. At alfonsum, missis statim auxilijs, responderi philippo inbet, et sciret regnum Philiippi atque fortunas esse amplissimas & locupletissimas, tamen non ambitionis, sed gratitudinis causa, ei ultra auxilium praestare, siquidem sciret se omnnia sua & vitam ipsam ob priora beneficia philippi debere. cumque bono animo esse, & de Venetorum bonis potius distractus, endis quam suis cogitare iubet, Paulò post ut beneficiari opeum fertur ipse subsecutus, mense Augusto anni 1447. cognoscit philippum obligatum, cuius interitu ideo etiam gravius doluit, quod occasionem gratitudinis benemerito declarande sibi praeceptam esse intelligeret. Cum autem Mediolanenses se in libertatem vindicassent, & Franciscus Sforza & Veneti de Ducatu Mediolanensi dimicarent: ipse in Hetruria subducens ac Florentinos primum, deinde Venetos ad pacem petendam adgit, cum Ludovicus Podius, cuius singulari fidei perpetuo usus fuerat, ei indicaret pro pace quam Veneatis ac Florentinis datus esset pluquam ducenti milia aureorum extorqueri posse: respondit alfonsus pacem dare, se ne rendere solium. addens: Ita armis capere consueimus, et sine armis si id modo fieri possit, victoriam adipiscamur. Et quid aliud pacem submissae perentes. quam se victos esse confitentur. Nec defuerunt qui eo bello ultra se ad armamentarium Venetorum comburendum erarent. Quibus respondisse ferunt, sibi non insidijs, vii sepiissime ab eis cepissent, sed aut virtute vincendum, aut nunquam profecto vincendum esse. Nunquam sibi victoriam placuisse, cuius postea pingendum pateretur.

Post pacem in Italia factam, Georgio Castriote, Scanderbegi Epri Domino, contra Turcas summae cum fortitudini gloria breviter gerenti, trans mare Atraticum perpetua aliquot annorum auxilia transmisit.

1452.

Fridericum III. Imp. Romae coronatum cum Leonora coniuge, nata sorore Alfonsi: anno 1452. magnificenter excepit, cuius historiam Paulinus in libro de liberalitate & magnificencia honorisice predicit.

1453.

Sequenti anno Ferdinandum filium sibi successorem delegit, qui in bellum Florentinum secundum, pro Venetis confederatu, contra quos Francisco Sforza Duci Mediol. opeum Florentini serebant, proficisciens, veteres & commilitones, quorum fidem in multis maximis rebus perspexerat, quod

rumq; virtute multas victorias, obtinuerat, adiungit. ante omnia monens.  
ne inquam in animum induceret suum, victoriam propria virtute aut indu-  
stra parari posse, sed tum demum victoriam felicem fore, si à D E O auxi-  
lium petierat. Præterea cum decoris & exstimationis, qua nihil in vita  
præclarius esse posset, rationem habere ius sit. Eo quod sapienti numero pluris  
fama, quam Victoria, estimaretur. Deniq; Rempublicam Venetorum, non  
minus quam suam, ob fidem cum ijs semel mitum defendi veluit. Fidem ser-  
uare Regum esse afferens. Postremò eum monuit, vt si qui ex hostibus suè  
fidei permisissent, vii eos benignè susciperet. Si qui etiam ob fidem natus a-  
nimis, utq; ad extremam expugnationem perstans, eos cum ceperet, suæ por-  
tius mansuetudinis, quam illorum pertinacie meminisse debere præcipit. O-  
mutto autem reliquam belli historiam, in qua mihi quidem præcipue memo-  
rabilis videtur, quod exuli curdam Florentino, Cosmam Medium se occisu-  
rum polluenti, si triginta non amplius militum manu à Rege iuuaretur: re-  
spondit Alfonsus: longè quidem aciores hostes sese & habuisse & habere,  
quam Cosmas esset. quorum morte vel regna consequi potuisse, sed abstinu-  
isse tamen a scelere, tunc igitur & referent posthac meliora. Cum vero inter  
Franciscum Sforzium & Venetos pax facta esset: Alfonsus etiam ex Hetru-  
ria filium revocavit. & missis Neapolim legatis, totius Italie pax, intercessi-  
one Nicolai V. PP. constituta est, solis Genuensis in illius societatem à rege<sup>1</sup> 454.  
non admisit.

Bellum aduersus Genuenses renouatum usq; ad vitæ Alfonsi exitum, 455.  
durauit.

Senenses etiam Iacobi, Picinini Nicolai F. Ducis Alfonsi armis vexar-  
ti sunt.

Aeneas Sylvius, Episcopus Senensis, legatione pro patria apud Alphon- 1456.  
sum Neapol. fungens, Pacem consecrat. eoq; legationis tempore, nægūlā  
seu d. cl. faciliq; principum Germanicorum & aliarum nationum, Alfon-  
nis similia, collegit.

Alfonsus Rex Neapolit. Cal July exhibic vita discerit: cum paulo 1458.  
ante Genuenses, IOANNEM, Renati Andegauensis ab Alfonso pulsi, fili-  
um, urbis sue Gubernatorem & Dominum suscepserunt, qui paulo post, credi-  
nando, Alfonsi filio, bellum intulit, quod Iouianus Pontanus sex tibris  
descripsit.

Huius Alfonsi regis Hispaniae & Neapolitani virtutes, & d. cl. faciliq;  
C insignia

insignia, tum alij viri docti Aeneas Sylvius, Iouianus Pontanus, Pandulphus Collenutius, ac historici Bartholemeus Facius, Thomas Fazellus, Jacobus Bracellus, tum verò omniq[ue] diligentissime ANTONIUS Panormita, Alphonsi consiliarius intimus, Poeta & Orator ea etate clarissimus, his quatuor libris collegit, & celebravit, de quo aliquot illius etatis scriptorum testimonia adiungo.

Bartholemeus Facius lib. 4. p. 42. Misit Otolinus, Caiet. obf[er]e p[re]fectus ad Alphonsum, qui peteret ad se mitti quempiam ex ijs, quibus fideli-ribus uteretur, qui cum ditione ageret, & nominatim Antonium Panormitam: quem Poetam non insuauem Mediolani apud Philippum in magnifica, & dignitate cognoverat: eumq[ue] non tantum propter prudentie, sed mali-  
tia etiam magis propter aequitatis opinionem, & quod illum ab Alfonso appri-  
me diligi acceperat. Hic prater eximiam doctrinam, excellenti ingenio pre-  
ditus, & carmine, & soluta oratione, quod est perrarum, propè aequè valuit in  
suadendo, aut dissuadendo perfacundus habitus: Indicio quoq[ue], acerrimus,  
atq[ue] imprimis facetus, iacentem tempestate nostra elegiam excitauit.

Et Iohannes Pontanus, de mundi creatione ad ipsum Panormitam scribit.

*Quo magis admiranda DEI clementia summa est,*

*Cui sumet quicquid terra Sabea ferat,*

*Quicquid Arabs, date thura socios, costumq[ue] cremate*

*Et date cum multa thurca dona prece,*

*Pieriosq[ue] adhibere modos, & carmina dignum est,*

*ANTONI que te gloria prima manet.*

*Hybleo cui rore madent, & labra cui amnis*

*Castalius pleno gurgite fundit aquas.*

*Nisaiq[ue] harent insigni fronte corymbi*

*Et coma Pieria fronde reuincta viret*

*Felicemq[ue] animum pacis pietate, fideq[ue]*

*Nilq[ue] tibi vera est religione prius*

*Quodq[ue] decet, bona cuncta DEO, iustamq[ue] piumq[ue]*

*Adscribis, nostra sed mala nequitiae.*

*Idem Pontanus in libro de Principe ad Alphonsum iuniorem. Autus tunc  
Alphonsum, Antonio Poete incredibili quadam voluptate operam dabit; ali-  
quid us*

quid ex prisorum annalibus referenti, Quin etiam veterum ab eo scriptorum  
 lectiones singulis diebus audiebat, ac licet multis, magnisq; interim gravaretur  
 curis, nunquam tamen passus est horam libro dictam à negotijs auferri.  
 Et paulo post: Sedebat aliquando Antonius Panormita de lectione fessus in  
 vestibulo Pliniani sibi, que villa est haud procul Neapolis in litore Resinati.  
 Cumq; inter eos, qui aderant, esset de virtute quæsto, dixissetq; Antonius  
 splendidissimum eius lumen esse, preteriens vilius, nescio quam inquit, vires  
 eius ista, quam dicit, splendeat Antoni, Sed certè scio me diutius illius contem-  
 plande desiderio captum, intueri eam nunquam potuisse. At qua Juridens An-  
 tonius, Tu quidem, bone vir, de asello, quem per imprudentiam amissum non  
 dum inuenisti, dicere bellissime poteras. Sed dic quæsto, quid putes esse  
 in orbe splendidissimum? solem, inquit ille. Atqui solem cœ-  
 ci non vident? non vident respondit, quod iij sint  
 oculus capti. Multò ergo splendidior est  
 virtus, quam etiam cœci aperi-  
 tiissime videant,

## ANTONII PANORMITÆ DE DICTIS ET FACTIS ALPHONSI regis Aragonum liber I.

PRO O E M I V M,

Enophon ī, quem Graci non abs re Musam Atticam vo- Diog. Laer.  
 cant, dictorum & factorum Socratis commentarios edidit, lib. 2.  
 dit, quicquid à sapientissimo viro diceretur efficereturue Socrates A  
 memoria ac celebratione dignum existimans: Cuius ego thenis obi-  
 coosilium ysg; adeò laudo probog; vt mibi semper excel- it. A.M.  
 lentißimorum hominum vestigio atramento & calamo 3967.  
 obseruari debere v. sum sit, nec quicquam eorum que dice Christum  
 rent aut sacerarent frustra elabi permittere. Nostri quidem temporibus et si non ferè 4000  
 contigit virum videre, vt quendam oraculo apollinis sapientissimum iudica-  
 tum, certè contigit alphonsum intueri, qui sine contruersia regum princi-  
 piumq; omnium, quos nostra actas tulerit & sapientissimus & fortissimus haberetur

C 2 Cuius

Caius dicta aut facta tanto chariora esse debebunt, & memoria dignam aucti-  
re, quanto pauciores vel omnibus seculis reges inueniuntur, ingenio sapien-  
tiq; præstantes. Nam philosophi quiq; doctrinam aliquam profitantur, stu-  
dijs tantummodo suis intenti aliena omnia contemnentes, haud mirum videri  
debet, si singulù atatibus plures & doctri sapientes euadunt. Reges vero ac  
terrarum Principes rem publicam domi militiæ q; gerentes, plerumq; effe-  
tatoribus circumcessos, atq; ijs qui ad voluptatum potius exercitia admone-  
ant quam doctrinæ, firmos & constantes si inueniatis, neq; studijs bonarum  
artium abhorrentes, non tu hos supra modum admiraberis. Et in cœlum vobis  
laudibus vehes? Reclè medijs fidius maiores nostri, illi quidem vetustissimi  
si regem aliquem inter voluptates moderatum, inter adulatores firmum, in-  
ter rana pleriq; principum exercitia doctrinæ studia haud obmittentem ani-  
maduererent, inter Deos protinus referre consuevere, quorum nomina ad  
nostram vsg; memoriam, & dies, & menses, & sydera in Deos conscripta  
testantur ac celebrant. Itaq; nobis nec dicta nec facta literis meritò tradenda  
desunt quinimo talia sese offerunt, vt nego de Philosopho neq; de rege fertur  
vnquam grauiora vel iucundiora vel legeria vel audieris. Sed Xenophon platea  
ipse nobis dedit, qui sua illa suauiloquentia Alfonsi regis præclaras facinas  
monumentis atq; immortalitati mandaret. Ego namq; vt ingenuè fatales  
imbecillitatem meam, sat scio me nequaquam tanti viri laudes pro dignitate  
consequi posse. Maiores aliquanto sunt quam ut mediocriter docti bonae  
vires patientur. Sed quid? Erone ingratus in seculum nostrum, aut in hunc,  
qui seculum nostrum gloria exornat. Sanè si in altero de duobus per cunctan-  
dum sit, præstabit utiq; indocti, quam ingratii nomen induere. Alios saltem  
præclaro & immortali ingenio viros ad honestissimum hoc certamen excita-  
bo, quodq; tubicinis officium est, haud equidem facere erubescam.  
Aere ciere viros Martemq; accendere canit.

ALFON

ALPHONSI REGIS  
DICTORVM ET FACTORVM  
LIBER PRIMVS.



Rabant, & quidem suppliciter,  
Ioannæ Neapolitanorum reginæ  
Oratores Alphonsum, vt destitu-  
tæ omni ope reginæ auxilium fer-  
ret, ijs refragabantur ferè omnes  
regis consiliarij: durum & perquām anceps fo-  
re bellum dictitantes, apud genus hominum  
armis exercitatum, industria atq; opibus pol-  
lens potensq;, & præsertim apud mulierem in-  
genio mobili & inconstanti. Tum rex, acce-  
pimus, inquit, Herculem etiam non rogatum  
laborantibus subuenire consuesse. Nos regi-  
næ, nos fœminæ, nos afflictæ, nos demum tan-  
to pérè roganti opem ferre dubitabimus? Gra-  
ue quippe bellum susceptum esse fateor, verum  
eò præclarius futurum. Sine labore & periculo  
nemo adhuc gloriam consecutus est.

Fortiter.  
1420.

IOANN A hec Neapolitanorum Regina, eius nominū secunda,  
Caroli Dyrrachij Regis Neapol. filia, Ladulai soror, anno Christi 1420.  
ab Alfonso, in Sardinia tunc bellum gerente, auxilia petivit. Cum autem  
sepe in historia Alphonsi mentio illius fiat, seriem familie adscribam.

## 22 DICT. ET FACT. ALPHONSI

CAROLVS Andegauensis, Ludoci IX. Galliae regis frater, ab Urbano VI. PP. contra Manfredum Frid. II. filium notum eorum catus, Rex Neapolis & Siciliae 1266. factus est.

CAROLVS II. Petru Aragonio de Sicilia cessit 1296.  
Vxor Maria, Stephani Vngariae regis filia, quae 14. liberos perit, 1309.

CAROLVS Martellus in Vngariam cum filio profectus.	ROBERTVS LVDOI- Rex Neap. 1343.	IOANNES PHILI- cus Princps Achiae dux Tolo- ceps Tolo- sanus. & Dyrra- chij.
--	------------------------------------	---

CAROLVS Robertus Rex Vng. 1310.	CAROLVS ante patrem obiit 1328.	LVDOI- cus Dyrra- chius.
---------------------------------	---------------------------------	--------------------------------

LVDOI- ANDREAS - IOANNA I. post cus Rex Rex Neap. ab Andream nupta Vngarie et vxore Ioanna Ludoico Tarentino. Poloniz. I. jugulatur. fugit Vngaro in provinciam Gallie
--

1345.

CAROLVS Dyrrachius ex Neapol. 1380.
-------------------------------------

Maria Hedvig vxor vxor Vla- sigis- dislai Po- mundi loni. Imp.	LADIS- laus Rex NEAP. 1379.	IOANNA I. que ALFON- SVI Arago- nem adoptau- it 1420.
--	-----------------------------------	---

Francisco Sforzia, summo regni equitum magistri, vrbis Neapolis obseretur, & Ludovicus III. Andegauensis, cuius avus à Ioanna I. adoptatus erat, cum Genuensi classe & terrestri exercitu erat, iacet: Ioanna regina, ad Alfonsi Aragonia & Sicilia regis opem configuit, quam ei velut Hercules alter bengue praefuit.

Illud grauiter & iuste dictum in equitem quendam prodijum vel in primis recenseamus. Quibusdam à rege magnopere potentibus ne saltem in corpus lucret debita, quæ ille plurima per luxum libidinemq; contraxerat: Respondisse aiunt, equitem hunc neq; sibi regis gratia, neq; patriæ commodo, neq; propinquorum & amicorum ære alieno suscepto tam grande patrimonium profudisse, quinimo substantiam suam omnem corpori induluisse: In corpus igitur luere æquius esse.

Cum Lucas medicus vir disertissimus orationem apud regem habuisset, eumq; exquisitis & heroicis laudibus extulisset, ferunt finita oratione regem dixisse, Si vera sunt Luca quæ de me prædictas, Deo optimo maximo gratias ego: Sin aliter, vera ut istæ faciat oro atq; obsecro.

Nauigabimus ex Sicilia in triremi cum ipso rege non nulli, quos singulatim ille comites delegerat, quibus mos erat mane regem in puppi officij causa salutare, & offendimus cum aliquando demirantem garrias aues triremem circumuolantes, attentasq; si quis bolus triremi decideret, certatim illum arripe- re, quæq; arripuit scilicet celeriter illam aufugere. Hæc contemplans rex mox conuersus ad nos ad nos ait, persimiles sunt his garrijs purpuri & curiales aliquot mei: simul ac enim aliquod officium aut beneficium dimicantes inuicem à mè acceperint, pro- fugiunt.

Hispanos verò quingentis atq; eo amplius annis à studijs sapienter, humanitatis, vsq; adeò abhorrentes, vt qui literis operam im- penderent, ignominia propemodum notarentur, ad literatum cultum sic retrouauit, vt rudes propeq; efferares homines do-

ctrina quodam modo reformauerit,

Cum audisset unum aliquem ex Hispanæ regibus solitum faceret, dicere, non decere generosum & nobilem virum esse literatum, exclaimasse fertur, vocem hanc non regis sed bouis esse.

Erat Alphonsus in agro Matriciensi, nec dum satis deli- berauerat utrum Franciscum Sphortiam an Nicolaum Picmi- num in amicitiam & societatem admissus esset, & erat alterum duntaxat propter illorum inter se simultates admis- surus,

iuste,

Modestæ.

Schnaps  
vogel.

24 DICT. ET FACT. ALPHONSI  
surus. Cum interim Matricienses legati regem adeuntes  
petierunt, ut ex ipsis voluntate Nicolaone, an Francisco gra-  
ficari deberent, Quibus regem respondisse qui aderant perili-  
gent, vtrosq; tanquam amicos habendos esse, sed ab utriusq; tan-  
**Prudenter.** quam inimicis caendum.

Franciscus Sfortia cottiniola, is est, qui postea Mediolanensem  
ducatum, virtute & fortitudine sua consequutus, Sfortiarum ducum Me-  
diolanorum familiam propagauit: Filius Francisci Sfortiae, aduersus quem Ne-  
apol. reginam oppugnante, rex Alphonsus in regnum Neapol. primum  
vocatus est. Qui Franciscus in aeterni flu. transiit anno 142. submitem  
sus est.

L. 1. p. 25  
Nicolaus Picininus, Perusini Lami filius, brevis statura bona  
(vnde cognomen Picinini adeptus est) Brachij Montani copiarum ducu-  
sue etatis clarissimi, artibus & disciplina militari institutus, magi-  
strum ipsum virtute & rerum gestarum magnitudine & gloria su-  
perauit. Hunc rex Alphonsus A. C. 1443. copijs suis praefecit. Eaciu-  
lib. 8. Cum Picinino de rei militaris Principatu, qui posset concertare, quia  
ex omnibus copiarum ducibus sue tempestatis inuentus est Franciscus  
Sfortia, vir in armis plurimum excellens, fecitq; dubium uter alter ante-  
ponendus esset. Nam cum scientia rei militaris atq; autoritate patres putar-  
rentur, diuersa tamen utriusq; consilia in bello erant. Nicolaus utiq; dimi-  
catione parvior, praelium ex occasione protinus sumere, hostem celeritate  
preuenire, excursione fatigare, leuius armaturae equite, magis quam pedi-  
teri. Franciscus vero arte & solertia magis nitens, raro nisi ex desti-  
to configere sedendo, atq; obsidendo hostem frangere: peditatum multo  
facere, argento, atq; auro cultos milites habere, potentiores se hostem non  
temere aggredi. Deniq; Nicolaus in militares indulgenter, Francisco  
seuior habebatur. Erat inter eos non emulatio modò ob rei militari gla-  
riam, cuius primas partes sibi yterq; arrogabat, verum & similitas ma-  
gens ob veteres inimicitias, que olim inter Bracium ac Sfortiam fuerant.  
Quorum alter, ut ostendimus, Francisco pater: alter Nicolaus magister  
& dux fuerat. Atq; idcirco non tantum ut hostes sed ut inimici bellare  
inter se gerebant, nec sub uno codemq; principe, ut militarent, adduci-  
reterant, De quibus hoc loco hac effari libuit, quoniam y duo onnes me-  
moia

# ALPHONSI LIBER PRIMVS. 29

morie nostrae copiarum duces, virtute ac rebus gestis, consensu omnium, vi-  
cerunt. Erat autem Nicolaus Philippi copiarum dux, quibus multos annos  
cum imperio præsuerat. Cum autem Franciscus præter agrum Picenum,  
pleraque Romana ditionis oppida occupasset, per finiti stipendijs speciem à  
Philippo dimissum, ac Romanum prosectorum, copijs eum Pontifex præficerat.  
Is vero eo tempore, ad Tuscanellam (quod oppidum Francisci præsidio tene-  
batur) castra habebat &c.

Harpagias legebamus insulas incoli consuetas, cumq; insu- Facetè.  
latis quispiam id ægrè ferret, dixisse scimus Alphonsum, Non est  
quod frontem obducas ó amice. Ex insulis enim in curiam Ro- Aeneid. 3.  
manam commigrasse Harpyias compertum est. Ibiq; iam domi-  
ciliūm constituisse.

Bellum Neapolitanum semel ingenti atq; invicto animo Fortiter &  
cum suscepisset, nulla postea vi, nullo periculo, nulla clade, nullis constanter  
deniq; difficultatibus auerti aut deterreri potuit ab incepto: quin-  
imo à fortuna nonnunquam proiectum, vel in hostium potesta-  
tem perductum, surrexisse vidimus, multoq; acris quam ante  
constitisse, incredibiliq; pertinacia bellum omnium fore difficili- Anno 1420.  
num, post secundum denum & vicesimum annum consecisse, vsq; ad  
mortalesq; omnes exemplo suo admonuisse, fortunam ferendo 1442.  
superati posse.

Cum adhuc grauiter ex febre rex iaceret, & Aurispa senior Fortiter &  
doctus vir ad eum visitandi gratia accederet, subito fores aperiri studiose  
iussit, & in cubiculum penitus admitti, inibi illum multa cum eo  
de studijs literarum, multa de erroribus Hieronymi hæretici mi-  
rem in modum differuisse tradunt, quamuis morbo vehementer  
implicatum.

Cum poculum quo rex ipse biberat Caspari generoso adu- Patienter &  
lescentulo dari iuberet, & Pirretus pincerna Casparis inimicus, Modestè.  
quamuis semel bis & tertio iussus dare renueret, permotum regem  
surrexisse aiunt, pugionemq; strinxisse, ac fugientem Pirretum ad-  
secutum, ne iam prehensum iratus feriret, pugionem in media ira  
abieccisse.

Capuam vero cum exercitu transtulti Alfonso miles Patienter.  
quidam ira effruescens in foro ipso obuiam factus, comprehen-  
sis equi

## 26 DICT. ET FACT. ALPHONSI

sis equi loris regem sistere coegerit, neq; prius dimisit, quam quelli  
busser in regem etiam armatum petulanter effudisset. Rex nihil  
magis animo commotus ire perrexit, conuiciatorem ne paulu-  
lum quidem conspicatus.

Facet.

Cum inter coenandum a difficulti & importuno quodam  
se re vñq; adeo interpellaretur, vt vix edendi potestas eserifubla-  
massa dicitur, Asinorum conditionem longe meliorem quam re-  
gum, illis quidem comedentibus dominos parcere, regibus ne-  
minem.

Piet.

14.42.lib.  
7. Facij.

Cum Puteolos obsideret rex, atq; animi laxandi causa lius /  
quotidiē peteret, reperit viri Genuensis cadaver ē triremi hosti-  
um electum, littori appulsum: quo viso, celeriter equo desiliit,  
ijq; qui prop̄ aderant omnibus desilire iussis, alijs negocium dat,  
vt terram effodian, alijs vt nudum corpus oboluant: Ipse vero  
crucem ligneam sua manū fabricatus humati ipsius capitī affixit.

Misericor-  
diter.  
14.4.lib.  
4.Facijpag,  
14.42.vñq;  
ad 47.

Caietam vrberi pertinaciter obsidente Alphonso, coacti  
funt oppidanī ob sāmem qua maxime vrgebantur, pueros, pueri-  
las, & ætatem omnem bello intūilem ē ciuitate expellere. Eiecti  
igitur paululm q; progressi, necessariō substitere, nam & redire à  
fuis ferro faxisq; prohibebantur, & ingredi regia castra nondum  
facultas erat. Erat interim cernere miserabilem illam multitudi-  
nem ad suorum simul & hostium ictus expositam, Parentum pa-  
riter & natorum complorationes, tum regis tum suorum fidem  
ac misericordiam inclamantium. Interea exagitari, impelli, vul-  
nerari, confici: tum rex ab ijs abstinerre se se milites suos iussit, pa-  
trumq; concilium aduocari. Censuerunt ferē omnes haud qua-  
quam excipiendos esse. Si ferro aut fame interierint, suorum ciui-  
um noxam non regis aut regiorum esse. Ego quoq; (vt errorem  
meum ingenuē fatear) sententiam rogatus dixi: Lege militari re-  
cipiendos non esse. Quippe quae obsessis ac fame laborantibus  
præcipit, vti bello inutiles ejciant. Contrā verō qui obsident, eie-  
tos omnino ne admittant sed rejciant potius. Conuersi eramus  
omnes in regem, deliberationem cius audissimē expectantes.  
Tum ille, & ego malo, inquit, Caieta & Caietanis nunquam  
potiri, quam tam foedē tamq; crudeliter vincere: cum viris mi-  
hi dimi-

hi dimicatio est, non cum mulieribus ac pueris. O Regem immortalitate dignissimum quiq; vniuersum genus humananum gubernat & regat: victoriam quæ impia & luctuosa esset nullam iudicauit. Igitur omnem sexum atq; ætatem imbellem excipi iusfit, exceptos omnes aauide refici atq; resocillari.

16. Lectioni T. Liuij qua vel maxime rex demulcebatur <sup>studiosæ</sup> aliquando tubicines obffreperent, abigi eos (quamuis Musicæ pertinacissimos) iussit. Iam velut Multo suauiorem, quam ipsorum

harmoniam auditurus.

17. Parantem vero regem triumphalem currum inscendere, non defuerunt qui admonerentur triumphantium more vultum minio illiniret, quibus respondisse fertur: minium Baccho soli conuenire, qui non solum triumphi, sed vini etiam reporrer extitisset.

18. Virginibus verò omnibus Christus Dei verissimi sacris iniiciari cupientibus, dorem sine qua haud recipi mos est, regem claratum constat. Cumq; essent fere innumeræ quæ dotis spe propria mundo renuntiarent sacrasq; nuptias adirent, nunquam tam liberali & religioso proposito destitisse. Imo verò quanto plures sese quotidie ad sacerdotium offerrent, eò libenter us atq; benignius omnes excipere atq; dotare consuesse.

19. Amico & familiari citidam regi suadenti, ut tranquille & voluptuosè, dum posset, vitam ageret, nec corpus tot tantisq; periculis obiectaret, Respondisse dicitur, Non temere à Romanis illis quidem sapientioribus, Honoris templo Virtutis templum coniunctum, in quod nisi per virtutis templum introire licet nemini, ut inteligerent mortales ad honoris fastigium non voluntatum via (quæ delitijs atq; illecebris affluens esset) sed virtutis illa quidem aspera & salebrosa entendum esse.

20. Veneris autem quadam die pro tribunali sedentem Alphonsum vidimus pauperibus tantummodo ius dicentem. Cur ita? ut tantæ maiestatis præsentia (quam pauperrimo cuique adire facile liceret) abstineant potentiores ab tentiuum iniurijs & offendis, ac ius suum cuiq; & habere & possidere fas sit.

Modestæ  
Facetæ  
1443 Plini-  
us ca. 7, lib.  
33.

Liberaliter.

Grauitæ.

Iuste.

## 28 DICT. ET FACT. ALPHONSI

**Iustè & hu-** Cum amenissimum Picentiae agrum Surrentinum perua-  
**maniter.** staret Alphonsus, ingenuisse frequenter visus est, crebroq; pe-  
**1421.** caduceatorem oppidanos orasse, ne id ipsorum pertinacia com-  
**lib. 2. Fac.** mitterent, quod postea eius lenitate ac misericordia corrigi non  
 posset.

**Sapienter** Cum senex quidam & natura & ætate audacior ex senato-  
**& fortiter.** rum numero regem argueret, quod contra patrum ferè omnium  
**Simile de** sententiam bellum capeſſeret, magnificè locutum ferunt, regum  
**Guterica** consiliarios aut reges esse, aut regum animos habere oportere:  
**sene recitat.** plurima interdum consiliarijs & priuatis contineire, quæ regem  
**Faciūs li. 4.** non decerent: pecuniam capere Parmenionis licuisse, Alexandru-  
 non licuisse: Ignobilem proſectō & obſcurum nocturum regi,  
 qui non ſuo ipſius, ſed alieno duceretur arbitrio.

**Magnificē** Arcem regiam, quam nouam Neapolitani vocant, à fun-  
 damento Alphonsus restituit, & ita demum nouis operibus am-  
 pliavit, ut cum omni vetuſtate poſſit de magnificencia con-  
 dere.

**Modestè.** Scimus Alphonſum regem vefitu cultuq; corporis mode-  
**Grauitate.** ratè vſum, neq; hac in re multum discrepasse à popularibus fuis.  
 Illudq; ſe penumero vſurpare conſuetum, cupere ſe moribus, &  
 autoritate potius regem videri, quam diadema aut purpura.

**Humaniter.** Proficiscebamus aduersus Capuam. Cumq; rex itineris i-  
 primus offendit Asinariū gentem implorantemq; preter-  
 cunctum auxilium, propterea quod asellus ſibi prolapsus eſet in  
 luto farina oneratus, defilire equo, qui non longo admodum in-  
 tervallo ſequebamur, regem vidimus, atq; vna cum rustico, illum  
 à cauda, regem à pectore Asinum coeno hærentem ſubleuſſe:  
 appulſi nos regem extersimus. Asinarius verò qui regem priu-  
 menti res, ſed quæ nonnullos Campaniæ populos regi concilia-  
 uerit.

**Piè.** Exceptis à rege impuberibus, ſenibus omniq; ſexu bellis  
**Misericor-** haud quaquam vtili, quos Caetani obſeffi ob penuriam annonæ  
**diter.** ciuitate expulſſent, quidam regi dixit, ſi tu hos non admifſiſſes,  
 Caetani paucis post diebus ſele dediſſent. At ego, rex respondit,  
 plurim

pluris facio eorum vitas quam Caietas centum: facinus profecto regium & memorabile ac diis immortalibus in primis gratum acceptumq;. Quam enim urbem per id tempus quadraginta fermē millium conatu capere nequisset, postea soluta ac diu desita iam obsidione, sine vi, sine armis, numinis tamen benignitate & grātitudine in ditionem redigit.

27. Crispinus Iurisconsultus cum trecentos aureos Alphonseos <sup>Facet.</sup>  
quod supererat dotis, suto surreptos perdidisset, ac propterea animo angeretur, & esset sibi viua adhuc vxor, & illa quidem admodum informis, dixisse perhibent regem, longe illi melius si vxorem quam pecuniam fures abstulissent.

28. Cum esset iacti contra Venetos ac Florentinos potentissi-<sup>Iust.</sup>  
mos Italiae populos ab Alphonso haud quidem iniuria bellum <sup>Fortiter.</sup>  
suscepimus, ac propterea Neapoli aduersus eos magna animi fi-<sup>1446.</sup>  
ducia contendisset, Florentini primi, mox Veneti oratores in <sup>lib. 2. Facio.</sup>  
agro Pelingensem facti sunt obuiam, pacem ab armato perhumis-  
liter postulantes. Quibus regem prompto ac laeto animo dixisse  
confit, neq; aliud ullum pacis datæ pretium existimasse, quam  
hostes genibus aduolutos ad se, pacem dedisse,

29. Cum regionum pleriq; gloria studio flagrantes permolestè <sup>Grauitate.</sup>  
ferrent, quod rex Venetis ac Florentinis pacem dedisset, velut in  
eo bello magnificum ac gloriosum aliquod facinus edituri, à quo  
postea frustrati essent pace comparata, Rex id quod erat suspic-  
tus aliquando, iam noctis dixisse perhibetur. Bono animo estote  
commilitones. Nam & virtuti vestre, mihi credite, neq; locus  
negi honos deerit, & mihi per quam speciosum fuit petentibus  
pacem dare. Ira arma capere consuevimus ut sine cruento, si id  
modo fieri potest, victoriam adipiscamur. Et quid aliud, pacem  
tam submissè petentes confitentur quam se victos esse.

30. Affirmare solitu'm regem accepimus, si nullum omnino <sup>Facet.</sup>  
liud regnum, nullam prouinciam praeter Calabriam aut haberet  
aut habiturus esset, illam protinus se relieturum, priuatumq; &  
ciuem viuere potius velle, quam illorum qui nihil hominis ha-  
bent praeter figuram ineptias tolerate, quamvis Dominum aut  
Regem.

## 30 DICT. ET FACT. ALPHONSI

Sapienter.

Super lectionem Annæ Senecæ, quem præcipue rex eorum luit, atq; perdidicit, quæsitum est ab Alphonso Datuolo purpureum humanissimo, Cur animus mortalium ita immensus atq; insatiabilis foret. Cui ab Alphonso ijs penè verbis sarcis est factum. Animum hominis à Deo profectum non prius conquietetur, quam eō rediret, vnde profectus esset. Esse proculdubio animum nostrum Dei & æternitatis capacem, propterea neq; impleri nos satiare posse, ijs rebus quæ fluxæ & incertæ essent. Sed Deum ipsum veluti naturalem sedem & suum quodam modo perfectum bonum appetere, hoc est solidum & perfectum bonum.

Facetè.

Cum legeremus aliquando Didonis Virgilianæ mortem, & inter legendum terra moueretur, atque ob id qui aderamus omnines improvisa & repentina re perculos, rex intueretur, Nolum ne, inquit, vobis videtur, si in morte tam celebris regine terra intremiscit.

Grauiter.

Peroptare regem audiuiimus, vt popularium suorum vanquisq; rex extisset, quo demum illi, vt potè experti, cognoscerent principum occupationes & curas. Hoc vno forsitan modo fieri posse, vt desinerent molesti & importuni esse.

Moderatè.

Confecto iam graui ac diurno bello, triumphoq; rex

Clementer.

decreto atq; parato. Iam negasse aiunt, regulos & nationes,

Lib. 7. Facij

quas vicisset circumpræire dñe bere captiotorum sorte, quinimo

exeunte,

tanquam socios perq; am honorificè sequi iussisse. Sed & gloriam

, , solitum accepimus, qd non millibus hostium cæsis, sed rectius

, , seruatis triumphandi legem imperatoribus primus dedisset.

Magnifice.

Ludos autem Christianos magnificentissimo apparatu,

Religiose.

uotissima ac solenni representatione ingenti hominum frequen-

tia, ac celebritate quotannis edentem Alphonsum perspectauimus.

Imò verò cum accepisset, Hetruscos istiusmodi ludos sin-

gulari industria commentos esse, ne hac saltem in re, quæ ad di-

uinum cultum pertineret, à quoquam mortalium vincereatur, o-

mnia perserutatum atq; exploratum eō misisse. Explorata longe

præclarius atq; artificiosius expressisse.

Fidenter.

Admonuit modo Tuscia, vt animosi regis fidutiam, qua-

mortales omnes antecesserit exprimamus. Cosmas Florentinus

Alphonso

Alphonso male pacatus vir, alioqui magnus & illustris cum domino ei mitraret Liuij libros utiq; præclaros, reclamatum est a medicis, qui aderant ne per immortales deos librum attraheret, ab hoste missum veneni suspectum. Rex prima facie visus est medicis assentiri, illis animo illudens. Nam cum Liuius in medio constitutus esset, illum manibus accepit, legit, euoluit. Subinde medicos qui continebat aduersarentur rogitans, vt desinenter incire, Regum quidem animas non privatorum libidini subiectas esse, sed sub Dei cura & tutela sacras lætasq; agere inquiens.

*Cosmas Medices*

*Petrus*

1464.

*LAVRENTIVS magnus 1492.*

*LEO X.*

*PETRVS Iulianus.*

*LAVRENTIVS.*

*ALEXANDER CATHARINA*

*Dux Flor.*

*Regina Gallie.*

*IVLIANVS.*

*CLEMENS*

*VII.*

27. Nonnullos de se benē meritos, sed ipsum probris clam solitos lacerare, rex cum audisset, Regum esse, inquit, non solum benefacere, sed mala etiam patienter audire. Ingratos profectō nequaquam effecturos, quo minus ipse & humanus & beneficus perfateret.

Patienter.  
Moderate.

28. Erat inter purpuratos aliquando orta quæstio. Cur Hy sapientes poctitæ natura superbi essent, Publicani vero mansueti. Et quum alij aliud, vt fit, sentirent, Regem demum ira diffinientem audiūtius publicanorum vitia, vt plurimum, manifesta esse: Puta luxuriam, gulam, illiberalitatem & cætera eiusmodi, quæ quoniam hominum oculis subiecta forent soluerentur in ruborem, verecundiam & humilitatem: Hypocritarum vero vitia in occulto latere, vt pote odium, inuidiam, malevolentiam, iniquitatem, quæ cum in arcano tolerari diutius non possunt, erumpant in superbiam, necesse est, iram item arrogantiam & insolentiam.

Scholas

Scholas & auditoria, in quibus maximè Theologia publicè legeretur magnifice adornari curauit. Nec adornari solum, sed interstuit ipse lectio[n]i, non pallio & crepidulis inambulans in gymnasio, vt Scipio ille, sed attentissimo animo, & toto, vt aiunt p[ro]p[ter]e, etore incumbens, quodq[ue] & doctis imitandum, & ignavis rudi- busq[ue] pudori sit, pedes, et si satis longè distaret auditorium, a de- citionem venire non dubitauit.

Grauit[er].

Cum Calaciam obsideret Alphonsus omnium primus tormenta ænea insulatæ magnitudinis per asperum & acclivem montem præter omnium opinionem muris admouit. Deinde me ad Americum Sansuerinum Capacij comitem virum illu- strem legatos destinans, oppidanis renunciare iussit, nisi properet, ac prius etiam quam tormenta laxari inciperent, deditio[n]em fa- cisset, nullum postea eis relinqui p[re]nitentiæ locum. Accesi, per- suasimus: cumq[ue], grati aliquid afferre putaremus, quod Calaci- enses imperata fecissent, nostrum fuit potius, quæ rex ipse tunc diceret, & audire & annotare. Erat in corona ducum atq[ue] proce- rum Nicolai Picinini viri magnæ virtutis, partim videlicet animi magnitudinem, partim rei militaris peritiam, partim autoritatem partim res præclarissime gestas enarrantiuni. in quibus exortus est Picinini mastix quidam, qui primum quod genere obscurus foret, vtpote Lanionis filius, eaq[ue] ipsa propalam dicerent. Tum rex nebulonis illius impudentiam iniq[ue] serens, Ego mediostolidus malo inquit, Nicolaus esse macellarij filius, quam aliquot regum qui Europam incolunt, & filius & haeres gloriae enim genus haud quaquam officere, quin potius præcipuam esse laudem exi- stimo, vt possit se quisq[ue] vt poeta dixit, Tollere humo, victorq[ue] virum volitare per ora.

Facetè gra-  
uiter.

Senex quidam male sobrius regi obuiam factus. Cum di- xiisset, lax senis vinum esse. Paruo igitur, inquit, tuum tibi constat alimentum, paruo & video Bacchi lætitia, vrum hæc seni. Ad co- mites autem conuersus, Regum, inquit, cibus est gloria, quam nobis non pecunia, sed sudoribus dij vendere consue- xunt.

Grauit[er]  
Aust[er].

In Calaciæ obsidione cum adhuc essemus & esset de Viria- co Lusi-

# REGIS LIBER PRIMVS.

33

go Lusitano inter regem & me non in iucunda dissensio, quod ego  
inter Viriati laudes maximè præferebam, quod cibum vestitumq;  
quibus pastor aut venator vti consueuerat nunquam postea dele-  
ruiisset, sicut imperator, & victor ille per continuos X IIII annos  
consules exercitusq; Romanos attriuisset, superuenit huic sermo-  
ni Simoninus Durrea purpuratorum princeps præfectus castris.  
Cumq; locum, qui inter regem & me medius erat, equo inuestitus  
capere instaret, Rex vultu renitens prohibuit, afferens locum il-  
lum cum de literis, aut cognitione antiquitatis ageretur non pur-  
puratorum, sed togatorum esse. Cesis ergo Simoninus. Rex vero  
ad Lusitanum suum reuersus, recte, inquit, nonnulli virum hunc  
Hispanorum Romulum appellarunt, recte item Romani eos,  
qui talem virum quamvis hostiem interemissent, indignos præ-  
mio, iudicarunt.

<sup>43.</sup> Aegrotabat rex Capuae, & multi multa pro suo quisq; ingenio Attente  
ac studio oblectamenta muneraq; ægro regi cum excogitarent,  
ego quoq; a Caeta acceritus statim aduolati, deferens & ipse  
meum fomenta & medelas meas, hoc est libellos, quos ego intel-  
ligebam, illi quam maxime placituros, in quibus Curtium bonis,  
vt aiunt, auspicij legendum exhibui. Ille res gestas Alexandri à di-  
fertissimo viro perscriptas: ea hilaritate, ea auiditate, ea deniq; fe-  
licitate cœpit audire, vt quod medici obstupescerent eodem ipso  
die, quo legere coeparamus, ægra omni valerudine leuatus ac penè  
confirmatus euaserit. Itaq; posthabitis cæteris omnibus animi la-  
titudinibus singulis diebus ternas facere lectiones perreximus bre-  
viq; librum absoluimus. Exq; eo die frequenter in medicos rex  
iocatus, Anticennam velut parabolatum paruisacere, Curtium  
laudibus cumulare.

<sup>44.</sup> Cum inclytam illam arcem Neapolitanam instaurare ins-  
tuisset, Vitruvij librum, qui de architectura inscribitur, afferri ad Facetæ  
se iussit. Allatus est, quandoquidem in promptu erat Vitruvius  
meus ille quidem, sine ornatu aliquo, sine afferibus: quem rex si-  
mul atq; inspexit, non decere hunc potissimum librum, qui nos  
quomodo contegamus, tam belle doceat, detectum incedere, e-  
umq; mihi per quam polite ac subito cooperiri mandauit.

E

Scipio-

Grauitate.  
Saltatio.

Scipionem irridere solitum regem accepimus, quod saltatione apimum relaxaret. Saltatorem ab insano nihil differre inquit entem, nisi quod hic dum saltat, ille dum viuit insanus est. Quia ex causa Gallos potissimum leues esse, qui quo magis aetate prouellit essent, eo magis saltatu, hoc est insania sele oblectarent.

Attentus

Iannotius Manettus Florentinorum legatus ad regem prolixam, nec minus elegantem orationem habens, dum pronunciat, attentionem patientiamque regis apprimet miratus est, quod ne oculos quidem a se ditissime dicente minimum deflexisset, ne manus mouisset: sed & illud in primis memoria dignum iudicavit, quod cum a principio statim orationis naso regis muica supereditisset, non priusquam peroratum esset, rex illam abegisset. Ego quoque meis hisce adnotamentis huiusmodi factum proprietatem inferendum existimau, quod Homerum legeram inter praecorū, improbitatem muscae describere.

Homeri Illi  
ad. 13.

Studiose  
Facet.

Allatum est a Caietanis quibusdam male literatis M. Tullij sepulchrum extare adhuc iuxta Formias in via Romana ventilis literis inscriptum. Quod rex ut primum accepit, laetitia penitus dilatus, ire nihil cunctatus est, & sentibus rubisque primo tumulum purgans, mox legere inceptans, non M. Tullij, sed M. Vitruvij epigramma esse conperit. Irrito itaque labore rediens ac vultum riuoluens, Caietanos, inquit, ex Minerua oleum quidem accepisse, sed sapientiam amisisse.

Observan-  
ter.

In oppugnatione Caietae cum aliquando defecissent ad tortamenta ænea portentosè illius amplitudinis saxa nec aliunde haberi facilius possent, quam ex villa, quæ ab incolis inueterata opinione adhuc asseritur Ciceronis fuisse: ut alicunde disquirerent istiusmodi saxa rex iuisset, sibi Ciceronis villam, si saperent innolatam seruarent. Amplius malle se dixit, tortamenta & machinas valere sinere, nullaque usui esse, quam iniuria afficere, vel saltem, saxe illius viri, qui tot tantosque homines ab iniuria, ac capitis periculo vindicasset patrocinio suo.

Sapienter.

Legebamus fortassis Annæ Senecæ epistolas, atque aderat Franciscus Sachetus Florentinorum legatus, vir eloquentissimus, ac Ludouicus Cardona celebratissimi nominis Theologus multaque prat-

dq; præterea docti & clari viri quærebantur super præcepto Hecatonis tantopere à Seneca laudato. Si vis amari ama. Num quid in aliquo sub exceptione falleatur, esetq; videlicet, vt quis amaret nec mutuo tamen amaretur. Hic cum multi multa sermeq; omnes Hecatonis & Seneca dictum probarent susciperentq; Ego, rex inquit, pace omnium dixerim, aliter sentio. Est mea quidem sententia, vt quis amet, nec vicissim redametur, & quis aut certius aut flagrantius diligit, quam qui homines fecit, atq; hominum causa omnia fecit? Cumq; id ira esse nemo viuus ambigat, quis tamen est qui mutua charitate Deum complectatur? In eo vero quid mirabilius aut potius detestabilius est, cum aut hinc aut illum hominem amantibus nobis interdum in officio non respondeatur, Deum vero amantibus certissima sit illius charitas nec charitas solum sed amoris merces perpetua lux, & sempiterna tranquillitas, nihilominus obdurari persistimus, nec amantem redamamus, quod ego arbitror nobis euenire ob nullam aut certe exiguam in Deum fidem. Dum enim bonis hisce præsentibus atq; voluptatibus delinimur & obcæcamur, cœlestia quæ non videntur, neq; tanguntur non modo non curamus, sed nec omnino futura confidimus, vt si quis admodum sitiens audiat aquam limpida & puram procul esse. Sed vicinam & propinquam potius bibat, licet turbidam & lutulentam. Præclare igitur, quicunq; dixerit, donum Dei fidem esse.

Neapolitani ciues ob virtutem ac clementiam Alfonsi cum decreuerint uno consensu omnes, arcum illi triumphalem ad memoriam honorificè struere, elegerunt locum super gradus marmoreos maioris ecclesie. Id vero quandoquidem fiduci non poterat, ne magna ex parte dirueret Nicolai Mariae Buzuri non poterat, ne magna ex parte dirueret Nicolai Mariae Buzuri magnanimi & strenui militis domus, rex fieri omnino prohibuit. Haud tanti se facere inquiens huiuscmodi saxonum struem ventis imbris obnoxiam, vt amici veteris & familiaris domum, cuius opera in bellis & pace atq; omni fortuna fortiter ac fideliter vñs fuerat eterti, pateretur.

Quæsit fortasse aliquis vbi rex aderat. Cur qui verè saperet taciturnior esset, qui minus loquacior. Et cum aliud in

Magnan.  
miter.  
Iustæ.  
Gratæ.

causam duceret, regem tandem his penè verbis respondentem audiūmus. Qui vere sapit, habet hic intus vnde gaudeat. Alii quippe eius animus sapientia, quā maxime almonia contentus requiescit. Ex diuerso qui minime sapit, eius ipsius animus, cum intus non habeat quicquam, vnde impleatur aut gaudeat, necessum est foris querat, vnde vana saltē iactantia sapere videatur. Itaq; ille ad conscientiam orinīa referet. Hic ad ostentationem. Hęc nō insitē rex cum dixisset, Tibulli poētæ teriffissimi versus in medium prolati sunt: regis, ni fallor, sententiam confirmantes.

Tibul. in Procul absit gloria vulgi.

fine lib. 4<sup>o</sup>

Qui sapit in tacito gaudeat ipse sīnu.

Piēs

Rex versus exosculatus edidicit.

Facetē,

Quādam die cum corpus domini summi & seruatoris Dei Iesu pedib⁹ sequeretur, Sic enim regi mōs fuit sanctissimam eū charissimam reverentissimē quoctunq; accederet pedib⁹ comitari. Tandem ductus est in vetulæ cūtis dam pauperrimæ domum sanguinis profluuiō penè exanimatae, cuniq; egritudinis cauillani cognouisset gemmam inextimabilem morbo illi mirificē accommodum afferri iussit, anusq; illius digito aptari, simul & corpus regum regis interplum vnde profectum erat summa veneratione reduxit. Paucis verò post diebus anus illa cum reualuisset egit quidem prō recuperata salute regi gratias quales poruit, Sed gemmam, quam maiestatem dicerent eius sibi penè mortu⁹ commisisse, aiebat, sibi ne visam quidem perdidisse, stomachari qui aderant cōpēre, aniculam execrationibus &, maledictis profalam iucessentes. Rex vero subridens: abi, inquit, mea mater, & cura tu valetudinem tuam: quoniam stulti quidem isti, vt vides, parum sanitatem suam curant.

Grauitet.

Cum Syracusantū equitem truculentis morib⁹ rex hominem barbarum appellasset, atq; ille quod præclara prima Graeca origine esset, nomen bárbari abhorrens iniquo animo ferre iniuriam videretur, Ego, rex inquit, non à prima origine soleo, sed à moribus barbaros definire.

Facetē.

Admisit in colloquium ac patienter audiuit ipsos etiam cordi at-

## REGIS LIBER I.

37

cordi ac obtuso ingenio homines. Audiens verò illos subinde oculos ad eos conijcere solitus erat, quos probā rorat ingenia, ac sensa hominum percallere. Enianum illud leui voce submurmurans. Vulturis in sylvis miserum mandebat hominem. Bellissimè enim non homines Enium appellasse eos dicebat, quos vidisset ex hominē nihil præter effigiem possidere.

Principes qui iustitiam non colerent, ijs persimiles sibi vi-  
deri dicebat, qui morbo caderent comitiali. Nam cum animæ  
materia sit sola iustitia, qua tenetur ad vitam teste Laetantio:  
quid restat principibus sublata iustitia, hoc est sublata nutrictio-  
ne & cibo nisi caducarios videri.

36. Iacobo Alamano homini Christiano sed Iudeis orto pa- Facet.  
tentibus, Cum id diuī Ioannis aurum simulachrum venale regi  
exhibuisset, ac pro eo quingentorum aureorum precium postu-  
laret, Ita respondit: Non tu sāne ineptus es, & maiorum tuo-  
rum longe dissimilis, discipuli & seruuli imāginem tanti æsti-  
mans: cum illi Ioannis ipius magistrum & dominum & regem  
Iudeorum triginta non amplius denarijs vendiderint.

37. Ioannes Fortis cognomine, miles veteranus ægerrimè se- Clemente.  
rens, quod oppidum suæ fidei commissum sibi rex auferret ut  
alteri daret, ab eo discedens Italiam, Galliam, Germaniam, Hi-  
spaniam peragravit, omnibus in via regibus principibus ac popu-  
lis Alphonsi ingratitudinem & conficta etiam vitiâ disseminans  
ac diuulgans. Sed cum nemo omnium eius maledicentiam  
quamuis Alphonsi hostis tam gratariter audiret, vt vel panem  
modo & nasturtium offerret ad victimum, inopia coactus ad Al-  
phonsum retrò repetens Florentiæ restitit, regis animum quem  
probris immuratum sibiq; infensum crediderat explorans. Id re-  
gi vbi primum innotuit, Ioanni renunciari iussit tuto ad se redi-  
re licere. Se quidem potius benefactorum eius, quam' vanedi-  
ctorum memorem esse, venientemq; viatico & pecunia iuvit.  
Simili moderatione ac liberalitate vsus est, tum erga alios mul-  
tos, tum proximè erga quendam equitem Hispanum. Is enī  
cum apud reges occidentales fere omneis Alphonsi nomen &  
vitam nulli maledicto parcens, passim propalamq; proscidisset,

E 3 tandem

38 DICT. ET FACT. ALFON. REGIS.  
tandem rediens ab Alphonso perhumaniter ac benignè exceptus  
est.

Grauitate.

Audiui sæpen numero regem dicentem tantum valere ad finitum  
debere principum verbum simplex, quantum priuatorum  
hominum iusurandum.

Iacob.

Cicchum vinarium interutres & dolia vini Græci pervin-  
demiam mortuum inuentum, regi cum renunciarent, sepeliri  
um iussit & huiusmodi distichon sepulturæ inscribi:

Hic situs est Cicchus quem testas inter & utres

Macrasti Graco palmitæ Bacche furens.

Grauitate.

Regna quæ plurima quidem haberet & possideret, malle se  
perdere etiam persancte affirmabat, quām literas quas permodi-  
cas scire dicebat, nescire.

Magnificè

Vectigal quod ex meretricio, atq; alea multis ante seculis  
penitus tabatur, sustulit. Neopolitano ciui cui ad lucrum à superio-  
ribus regibus concessum erat, priusquam vectigal aboleretur sa-  
tisfaciens. Portus pulcherrimam molem pluribus locis euersem  
restituit, aquæ ductus subterraneos expurgavit ac refecit: veteres  
fontes instaurauit: nouos nonnullos extruxit, aquas publicas  
diu iam magna ex parte dispersas in aquæ ductus alueum redu-  
xit, vias urbis propè omnes vetustate & frequenti vehiculorum  
transitu detritis atq; conuulsas nigra silice constrauit, plaustris  
penitus vehiculisq; urbe summotis, & nunc dijs bene iu-

uantibus parat ad aeris serenitatem salu-  
britatemq; paludes siccare & la-  
cus emittere,

Libri primi finis.

VERBORUM



EREOR né quis me putet in ijs libellis plerag  
 locutum in gratiam Alphonsi benefactoris: ac proinde  
 vanitatis arguendum esse. Quod vitium à graui viro  
 preserrim scriptore longissime abesse debeat. Verum  
 ille quisquā est, modo eīl aliquis, neq; mores meos neq;  
 Alphonsi naturam satis nosse facile coargueretur, cum  
 intelliget mīhi quidem haud opus fuisse assentatione ad  
 gratiam incundam, quam, videlicet, affectus essem etiam singularem vi-  
 ginti annorum perpetua lectione, constantissima fide, infatigabili obsequio,  
 summa obseruantia, & puro consilio, veritate incorrupta: quibus profecte  
 atib; à summo atq; humanissimo rege potissimum dilectus atq; probatus;  
 sine vanitate aut blanditia aliqua. Quia in re testis mīhi fuerit constantia  
 eius, que nihil magis auersata sit quam adulatores quos etiam pestem  
 principum appellare consueuerint & varijs interdum pēnū affigere. Tan-  
 tum itaq; abest ut ego me huiusmodi levitate subinsinuem, vt nihil magis  
 doleam quam permulta illum dixisse aut scripsi que nesciam, & que sci-  
 am, haud quamquam me ea suauitare scripturum esse confidam qua illum  
 constat apud homines locutum fuisse. Fuit enim sermone admodum iu-  
 cundus, brevis & elegans, venustus & clarus. Ego vero vt queq; in men-  
 tem veniunt, quamquam sunt paucā è multis sat scio, ea ramen dicta aut  
 facta literis mando, non loci non temporis ordine seruato (neq; enim histo-  
 riam scribo) sed ea dunt axat excerpto atq; perstringo, que ad exempla vir-  
 tuis ac probitatis accommodari posse videantur, quo illis maxime in proma-  
 piū sunt, qui de Alphonsi quotidie aut loquuntur aut orant aut scribunt  
 aut deniq; imitari eum studebunt fortassis in posterum. Sed  
 de hoc hactenus, ad Alphonsi dicta & fa-  
 cta redeamus.

ALPHON-

# ALPHONSI REGIS DICTORVM ET FACTORVM LIBER SECUNDUS.

Magnani-  
mē.

1410.



Vm esset Valentia Alphonsus, ap-  
pulerunt eō loci a Caroli regis Franciae legati  
magnopere eum rogantes, ne per id tempus,  
quo rex eorum bello Britannico implicatus er-  
ret, contra se bellum aliquod suscitaret. Quām  
maximē enim verebatur Carolus, ne Alpho-  
nus capto tempore & occasione eum armis la-  
cesseret, propterea quod ius ac titulum prætenderet in eam pat-  
tem Galliæ Narbonensis, quām incolæ Occitanam vocant. Quā-  
bus Alphonsus ita respondit. Etsi certō scio plurimas Narbo-  
nenſis Galliæ ciuitates ad Aragoniæ regnum pertinere, quas Ca-  
rolus rex iampridem occupatas detineat, nihilominus hoc tem-  
pore, quo illū intelligo bello superatum & à Britannis protri-  
tum esse, nequaquam me arma contra profligatum regem moue-  
rum esse vobis affirmo: neq; eo animo esse vt cum maiores mei  
in Caroli prosperitate non petierint, ego in eius repertam calamit-  
atem. Quid regi indecentius quam viictum prouocare. Rurū  
quid inhumanius quām naufragum submergere. Hac securitate  
legatos remisit demiratos Alphonsi virtutem & magnanimit-  
tem.

ad Az in curtum ab Anglie rege Henrico V. victus florem nobilitatis Gallicæ  
& paulo post etiam Rhoto magnum Normannie metropolim amisi.

**Liberaliter.** Cum adhuc Valentia agerer, Helionoram sororem quām  
vnice diligebat, Eduardo Ioannis Portugalliæ regis filio natu mar-  
iori magnificentissimo apparatu nuptui tradidit. Ex quibus pos-  
stea procreata Helionora filia: dumq; hæc scriberemus Friderico  
tertio Romanorum regi, quod faustè & feliciter cueniat ciuidem  
regis & auunculi opera desponsata est,

Capit

L I B E R   S E C V N D V S.

41

3. ferè omnes ac puellas ciuitatis preciosissimis rebus omnisariam  
Capta ab rege Massilia, cum sibi renunciaretur matronas Constan-  
teer.  
onustas in templum Augustinianorum perfugisse, eas diligentis-  
1422.  
fime obseruari curavit: Cumq; & illæ vim & contumeliam Lib. 2. F.  
pertimescentes regi per internuncium supplicarent, vt tradita o-  
mini earum gaza, ipsas omnino sineret intactas, Rex ne vias qui-  
dem cum vniuersa ipsarum subpellectile quantumvis pretiosissi-  
ma, ad vnam omnes aqire permisit.

4. Illud quoq; in obsidione Massiliæ admirabile extitit, quod Mirè.  
ex insula Pomeria quæ ad tria fermè millia passuum contra Mas-  
siliam sita est, saxa tormentaria mille quingentorum pondo ad Pro ère.  
vrbem vel ultra vrbem iecerit. Catenam portus amplissimam  
hoste inuitio ac renidente perfregit. Sed id longè admirabilius  
quod opulentissima vrbē vi potius nihil inde præter diui Aloisij  
corpus deportauit. Indignum sane dijudicans tam venerabiles  
reliquias in vrbē victa, direpta & incensa remanere debere. Illud  
quoq; non omitendum, quod cum inde in Hispaniam enauigans  
asper prima maris tempestate iactaretur, & nautæ, & sacerdotes, &  
commilitones vna omnes clamarent Aloisij corpus velut pe-  
nititionis causam remittendum esse. Illum in proposito per-  
stitisse, & aut sibi vna cum Aloisio pereundum esse, aut in longè  
augustiorem disq; acceptiorem ciuitatem se sanctissimi corporis  
reliquias conditum asseruasse. Vicit pertinacia peruenitq; Va-  
lentiani vltiorem Hispaniæ inelytam ciuitatem, vt sanctissi-  
mum Aloisij corpus clarissimæ victoriæ solam mercedem, sed æ-  
ternæ suæ gloriae monumentum summa cum veneratione ac  
gratulatione ciuium collocauit.

C A R O L V S I. R e x Neapolis  
C A R O L V S II.

C A R O L V S  
Martellus Rex  
Vngarie,

R O B E R T V S S. L V D O I-  
Rex Neapolis. cus Episcopus  
Tholosanus inter  
Diuos refatus.

I O A N N E S  
Dux Dyrra-  
chy.

F

Gerborum

## 44 DICT. ET FACT. ALPHONSI

**Tortifer**  
143.  
Long. 37.  
Lat. 28.

**Tunis long**  
33 lat. 20.

Gerborum insulam, quam putamus Lothophagitem am-  
quis dictam, ingenti admodum classe rex obsederat, & ne villa  
incolis auxilij spes reliqua esset, pontem, qui continentem con-  
iungebat desecuit, turribusq; muniuit. Quo facto relinquebatur  
Alphonso nihil nisi vt leni momento insulam populatus redi-  
ret vicit & voti compos. Cum interim ab Oferio Tunerentium  
rege literæ in hanc fere sententiam deferuntur, Rex regi salutem.  
Scimus o Alphonse te majori animo esse quam vt Gerborum po-  
pulatione contentus decedas. Iccirco decreuimus ad te conve-  
stim accedere, & facie, quod aiunt, ad faciem intueri. Credimus  
interea minime recessurum, quoniam fugere longe à magnanimo  
alienum est, vale. Alphonius his literis acceptis, oblata occasione  
maioris gloriae, decreui contempta insula barbarum expectata  
At ille tempori aduehit, & quidem cum centum millium ferme  
armatorum exercitu, castraq; ad iactum teli contra pontem &  
turrem, quam nostri milites tenebant, locauit, tormentis, telo,  
clamoribus nostros continuo laceiens. Constituerat Alphon-  
sus postero die collatis signis cernere. Cæterum ardor militum  
continentem eropuerunt ac profligarunt barbaros, nec procule  
in enia regem etiam ipsum caperent, qui à propinquis & ne-  
farijs quibusdam suis in equum alienatus, inter nostrorum mil-  
itum manus propemodium apprehensus effugit. Qui vero ex  
trucidati sunt ante regis pedes, prætorium captum direpunc-  
lata, inestimabilis atq; omnis generis præda ex victoria re-  
lata.

Cum rex victoria illa inclita Tuniciensium, aut ma-  
**Diligenter**, Pœnorum regis, in Siciliam se recepisset, non milites sini co-  
torpescere, sed statim refrumentaria & aquaria reparata traca-  
in urbem quam Pœni Aphricam nominant, ubi perspecto & re-  
bis & portus situ, abductis demum aliquot hostium nauibus, que  
in portu erant Siciliam primo, inde Aenariam petiit, quam in-  
ludicis.

Iam incolæ Iscalam appellant. Cæterum in hac Aphricana expeditione illud relatu dignū mihi vīsum, quod oppidani rege quam primum cognito, inauditam gratulationem intra urbem ediderunt, tubis, tibisq; ac vocibus affectim animi significantibus, putarunt nostri ciuitatem sese dedituram. At illis mos est transuentem regem quamvis hastem applausū & huiuscmodi gratulatione venerari.

4 millia.  
Germ. 2.  
Neapoli.

<sup>†</sup> Inter Tunetem & Gerbos, loco ferè medos, littoralem que olim Aphrodism, dicta fuisse existimat. Hanc nostra etate à Dragut Rais archipirata Turcice classis prefecto occupatam & munitam, Ioannes Vega Sicilie prorex auspicioj. Caroli V. 1550, expugnatam solo aquauit. Quam iniuriam vturius Turca sequenti anno in Vngaria & mari mediterraneo bellum maiore impetu renouauit.

Vini autem omnino expers vixit, aut eo quam dilutissime vīsus est. Eaç; abstinētia manatuit, ut pleraq; regum exempla, ad curiales ac regios propé omnes, potissimum cum eos sèpē admonens, afferret Alexandri Macedonis gloria plurimum obfuisse vini intemperantiam: Tum illud frequenter usurparet, sapientiam vino obumbrari: neq; illud minus, ebrietatis filios esse, fureorem & libidinem,

Abstinenter.

Præstito iam auxilio Ioannæ reginæ, electisq; eius aduersarijs è regno, & tandem illa in pristinam & dignitatem & tranquillitatem regis opera atq; potentia restituta, allatum est Henricum fratrem à Ioanne vltioris Hispaniæ rege, dominatu, bonisq; omnibus spoliatum in vincula coniectum esse. Rex celeri numero 1424, permotus, siquidem Henricum propter eius animi egregia ornamenta, magis etiam quam fratrem diligebat, posthabitis Napolitanis regni deliciis, quas sibi multo & sudore & cruore comparasse videbatur, ad liberationem fratrismaturauit, liberavit & in pristinam fortunam restituit.

Fortiter  
Piet.

HENRICVS III.

Castille Rex

IOANNES II. Rex  
Castelle seu Hispanie  
vñerioris.MARIA  
yxor Al-  
fonſi.

FERDINANDVS Iustus

Aragonie Rex

ALFONSVS  
rex Aragonie &  
Neapolis.ioannes  
qui Alfonſo  
succes-  
ſit.  
Henrycus  
gijſter ordinat  
cobi.ELISABETH Re-  
gia: Castelle.

Ferdinandus catholicus

IOANNA

CAROLVS V. imp.

Cum esset rex apud Aenariam, in quam vñā cum victoria Aphricana morbum intulerat, & inaudito genere pestis laborabat exercitus, renunciatur ei inter cæteros Antonium Picentem ordinis Eremitarum nobilitatum post mortem, hypocritam per summos cruciatus animam exhalasse, iactando plurima in Christum Dominum, & virginem eius matrem conuicta atque blasphemias. Hic est ille Antonius, qui quadraginta dies & noctes perpetuò iejunare fecerat, qui Italiam, Siciliam atq; Hispanias compleuerat nomine sanctitatis & abstinentiae, pluribus locis cella præclusus, & à custodibus obseruatus nihil edens aut bibens, quoniam in præuisa ac prætentata cella in qua nihil quod vel obseruare liceret, inesse videretur. Cæterum angelos ei quotidie ministrare ac confabulari solitos opinabatur. Verum ipsi in cella erant candelæ crassiores, exterius quidem & super fusoriè ceratae. Sed in quibusdam fistulæ cannarum concludebantur farina infartæ quæ ex contritis phasianorum ac cauponum carnibus zaccaro ac aromatibus immixtis condiebantur. Autem & cingulum gestasse fistulatum plenum nectare quod hypocraticum vocant. His epulis clanculum vescebatur, vir habitus & quæ sanctus, & mortalium omnium qui unquam fuerunt auctef-

sent vulgi opinione, abstinentissimus. Is igitur cum renunciaretur regi vermiculis ac acerbissimo genere mortis absemptus, dixisse fertur, propterea Deum in hypocritas tantopere sœuire, quod dum homines decipiunt, interponunt Deum ipsum tanquam sceleris mediatorem. Ideoq; vt plurimum viuentes adhuc plecti in oculis hominum, quos Dei nomine secesserent, vt intelligent mortales à tali monstro maximè sibi caudendum esse, quod Deum ipsum nedium post mortem, sed etiam in vita ipsa harent indubitatum vltorem.

Accessit quidam ad regem & in laudem & commendatio- Prudenter, iuste.

nem inimici sui cuiusdam capitalis, verba corām faciens, admiratiōnē erat his maxime, qui similitatem eorum probē cognorant. Sed prudentissimo regi insūta bonitas suspitioni fuit. Dixirq; se orsim ad amicos & familiares. Hæc benedictia, mihi credite, erumper tandem in calamitatē inimici, ne aduerteremus: nec eum secesserit opinio. Sex continuos menses benedicendo ille pro- traxit ut ē benedictis fidem adeptus oportunius inimicum op- primeret. At eius malitia, quæ sub specie bonitatis in caput alte- rius serpendo grassabarur, regis prudentia detecta est, & infons ille à calunnia seruatus.

Cum audisset nonnullos Europæ reges ad Bâsilense con- Prudenter.

cilium destinasse misseque oratores potentes & progenie illustres, magna cum & equorum & comitantium pompa, delegit ipse ē suis quos ad concilium mitteret, non quidem qui sanguine, sed qui ingenio & sapientia præcellerent. Hi fuerunt Ludonitus Pon- tanus iurisconsultorum eo tempore facile princeps & Nicolaus Siculus archiepiscopus Panormitanus, & hic in iure pontificio ætatis suæ nemini secundus. Namq; haud decere inquietabat, quum de iure humano & diuino disceptandum esset, nobilitatem potentiamue iactare, sed doctrinam, scientiam, atq; iustitiam.

Numismata illustrium imperatorum, sed Cæsaris ante ali- Obseruantur ter.

os, per vniuersam Italiam summo studio conquisita in eburnea arcuña à rege penè dixerim religiosissime afferuabantur. Quibus. quoniam alta eorum simulachra iam vetusta collapsa non exta- rent, mirum in modum se delectari & quodammodo inflam- marū ad virtutem & gloriam inquietabat.

## 48 DICT. ET FACT. ALPHONSI

**Studiose.**  
**Modestus.**

Caij Cæsaris commentarios in omni expeditione secum <sup>13</sup> tullit, nullum omnino intermittens diem, quin illos accuratissime lectitaret, laudaretq; & dicendi elegantiam & belli gerendi peritiam, inertissimum se respectu Cæsaris prædicare nequaquam veritus, tametsi à nonnullis cum studijs humanitatis, tum militari scientia non in ultimis reponeretur.

**Studiose.**  
**Modestus.**

Librum & eum quidem apertum pro insigni gestauit, quod <sup>14</sup> bonarum artium cognitionem maxime rebus conuenire intelligeret, quæ, videlicet, ex librorum tractatione atq; evolutione perdiscretur, atq; ideo Platonem in primis laudare solitus erat, quod reges diceret, aut literatos esse oportere, aut certe literatorum hominum amatores.

**Studiose.**

In urbium direptione quicunq; ex militibus librum offensisset, confessim certatimq; illum ad regem quasi suo quodam iure perferebant. Siquidem fama vulgauerat eum libris maxime delectari solitum. Itaq; nulla alia in re magis sese regi gratificari dignius aut facilius posse arbitrabantur, quam in libris exhibendis atq; tradendis.

**Liberaliter.**

Diem illam in qua nihil legeret se perdidisse dicebat. Sed & cum audisset Vesp. Cæarem cum diem se perdidisse solitum dicere, in qua nihil quicquam alicui donasset. Egisse gratias rex dicitur immortali Deo Iesu Christo quod eo modo nec diem ipse perdidisset.

**Studiose.**

Gloriatum assidue Regem scimus, quod Biblia quater & decies cum glossis & commentarijs perlegisset. Proinde illa memoria ita tenere, ut non solum res, sed & verba etiam ipsa pluribus locis sine scripto redderet.

**Fortiter.**

1424.

† **Masili-**  
**enianum lit-**  
**tori opposi-**  
**tus.**

Cum classis regia, tempestate abrepta, ad insulas <sup>15</sup> Stœcha des decurrisset, atq; eodem vna ex dissipatis triremibus aduentare prospectaretur, consciso velo ac remo decusso, summo cum militum & nautarum discriminé, inclamauit rex, vt aduenient illi co omnes irent suppetias. Cumq; omnes periculum recusantes inclamarent melius vnam quam vniuersas triremes iri perditum, Rex nihilo segnus prætoriam soluit ipsem, & si nemo subfqueretur, solus opem anxijs latus. Quo facto cum cæteri polteca

postea pudore compulsi regem subsecuti, triremem propè obrutam non sine omnium periculo moueri posse dicerent, Mili profecto, Rex ait, satius viatum est vna cum socijs viris fortissimis occumbere, quam illos videre pati, & ante oculos interire.

Cum quidam stirpe illustris quem hic honoris gratia non Modestus, nomino, læcæ maiestatis apud regem delatus, facinorisq; conuictus, & maiestatis reus esset, non sententia aliqua lata, non scripta, ut solet, sed tacito quodam iudicio in eum animaduertit, quo ex facto vtrumque prouidit, & ne scelus impunitum remaneret, & ne generosa reliqua domus vnius noxa notaretur infamia.

Vrbem Neapolitanam pertinacissime obduratam pugnando Clementes, deniq; cum cepisset (Deus immortalis), quam mansuetè, quam humaniter, quam liberaliter fese gescit, omnium primum milites à cæde ac direptione coæcuit, & præter primos impetus, quos continere facile non fuit, postea ciues omnes a militum furore & zuaritia tuos incolumesq; seruauit; in stricto ense perequians ciuitatem, prospiciensq; ne quis alteri vim aut contumeliani afferret. Dein his, quanquam victis, liberorum iura concessit, iniuriarum omnium etiam Petri iucundissimi fratris cædis oblitus, qui triennio ante in Neapolis obsidione caput tormento ictus occupuerat.

Lib. 6. Fa.

Expugnata iam ciuitate Neapolitana, ne ex victoria, vt Modestus, Fortiter. Clementes. Liberaliter. Lib. 7. Fab. p. 82. 83. insolenseret exercitus, aut voluptatis resolueretur illecebbris. Concessim compositis rebus recto ad hostes itinere protendit, quoruia dux erat Antonius Cadola vir strenuus, atq; in armis clarus, cumq; eos in agro Capuano nactus esset, prælio instructos intentosq;, & numero & virtute plurimum exultantes, adhibito consilio rex proponit, exquiritq; an prælium sumendum sit nec ne. Cumq; ex proceribus quidam suspicendum omnino esse censuerint si rex ipse præsens non esset. Ergo, quod maxime inquit, opitulari dimicantibus solet imperatoris præsentia, nunc, si dijs placet, affutura est. Statim vt Deo bene iuuante, præliū committerent, prouinciauit. Mox intellecturi nihil eorum fortunæ ac gloriae

50 DICT. ET FACT. ALPHONSI  
ac gloriæ obstaturam præsentiam suam. Fit ergo prælium ini-  
tio satis ancipiti marte, demum postea regis auspicijs atq; vir-  
tute fuderunt ceperuntq; hostes fermè omnes. In quibus Sforzis  
ni equites propè in numeri capti, centuriones aliquot, Ipse Anto-  
nius dux item captus. Accedit huc omnibus seculis memoranda  
clementia Antonium Cadolam exitialem & quasi hereditarium  
regis hostem, cum omnes morte mulctandum esse censerent, fal-  
lum esse rex iussit bonis & paternis & suis omnibus seruatum

\* Lib. 6. F.  
P. 69.

restitutumq;. Nec + Iacobi patris capitales inimicitias, nec An-  
tonij filij periculaciam iam dudum sibi damnosissimam vel pau-  
lulum æstimare visus est. Milites præterea captiuos missos fe-  
cit, nonnullos etiam, quamuis hostes, muneribus, ob egregiam  
virtutem, tum integrum famam, donauit, exornauitq;. Qua  
mansuetudine & benignitate ipsos etiam hostes sibi exinde be-  
nevolos reddidit, vniuersoq; post hoc regno Neapolitano ab A-  
quilo Marforum vrbe ad Rhegium vsq; Brutiorum sine aducra-  
rio in pace summa & tranquilitate potitus est.

Fortiter.

Clementer.

Gratè.

143 e.

Constanter.

\* Duebus d.

Troia nulli.

lib. 7. FAC.

P. 75,

Iclani oppidum & milite & situ munitissimum pugnando<sup>th</sup>  
coepit, captis licet grauissimis hostibus pepercit. In id postea  
ab eo colonia Catalanorum deducta, ut essent, qui cum virginin-  
ibus aut viduis Iclanis connubia copularent, ratus, videlicet, id  
quod evenit, animos illorum deliniri & conciliari posse prole fu-  
scepta. Cæterum in eadem expeditione & hoc contigit, quod cum  
victoriae compos dijs gratias acturus ad littus vbi templum extat  
Mariæ virginis traiiceret, Scapha nimio pondere regiorum preffia  
subsedit, rege vsq; ad vada ima dilaplo nauta penitus ignaro.  
Cumq; ope Caetani cuiusdam ab imo redditus fundo mox se-  
collegisset, dixisse fertur, non paruo magna constare, tum adiutori  
ipsi vltimæ sortis homuncioni salarium annum constituit, pari-  
ter & filiabus quinq; dotem dedit.

\* Vicaro Apuliae oppido vi capto, cum miles à direptione<sup>th</sup>  
continere nequivisset, Rex veritus ne furor tandem baccharetur  
in mulierum pudicitiam, conquisitas cum cura in locum extra  
muros procul à militum impetu, congregavit seruandas, dato  
negocio Ioanni Alzino viro amplissimo, & inibi seruatas simul  
& illibatas

## R E G I S L I B E R . II

51

& illabatas cum præsidio, quo vellent, dimisit paucis post diebus  
ad lares vnde digressæ erant pro ut libitum fuit tuto redditu-  
ras.

24. Erat in Samnio rex haud procul <sup>t</sup>Bouiano, cum subito af-  
fertur hostes aduentare ac iam prope esse, quo nuntio capere ar-  
ma milites iusit atq; hostibus obuiam contendere, & iam ad tria  
millia passuum processerat, instructus armatusq; tandem in cam-  
pis apertis iuxta Troiam in conspectu hostium consedit. Stabant  
omnes loco edito ad prælium & ipsi parati instructi q;. Cæterum  
rex consultò haud mouebat, quo hostes in æquum pelliceret ad  
pugnam. Illi verò numero sidentes quo sanè præstare videbantur  
& colle descendunt, magnoq; impetu \* pugnam incipiunt. Tum \* Lib. 7. F.  
regem exclamasse his auribus audiui (nam præsens aderam) O pig. 74.  
milites victoria nostra est, ostendens etiam à qua acie, à quouc  
loco victoria oriretur. Mox & ipse inter primos concitatissimè in  
hostem serebatur. Crederes fortunam præsidem bellorum adesse  
regi qui tam exiguo momento hostes viros fortissimos fuderit  
fugaueritq; & in portam vsq; ciuitatis persecurus plurimos cepe-  
rit, nonnullos etiam in fossam vrbis præcipites egerit. Regiorum  
vero nonnulli hostibus mixti vrbem introiere, qui ex porta altera  
ad regem incolumes redierunt. In hac victoria permulta quidem  
obtigere memoratu dignissima. Quidam eques cum intueretur  
regem ornatu præter alios elegantiore, & quis nam esset ignoraret  
strictoq; ense, eum quis esset percunctaretur, atq; ille, Alphonsus  
rex sum, etiam protenso ense respondisset, continuò ad regis no-  
men procubuisse dicirur, atq; illius potestati reducto gladio se se-  
permisso. Illud quoq; ad memoriam huius victoriae insigne ex-  
tit, quod reuersis militibus è prælio in castra, vnde profecti e-  
rant, cæteris, vt sit, corpora passim curantibus, ipse rex non prius  
aliquid gustare, non prius exarmari aut puluerem extergi passus  
est, licet in medijs & æstatis & diei & Apuliae flagrantissimis calo-  
ribus, quam rem diuinam vel solenniter fecerit, Iesuq; gratias pro  
victoria egerit armatus, iejunus ac prælio defatigatus.

Venabatur rex in campus Leborijs, quos nunc Rosarum Diligenter  
vocant, quo nuncius adfertur Ricium regiorum peditum ducendo. Fortiter, o  
rem ad

G

52 DICT. ET FACT. ALPHONSI  
rem ad hostes defecisse, ac per fraudem occupasse oppidum, sancti  
Germani cum monte Cassinati, ac properare vicina omnia inva-  
dere. Quo nuncio permotus rex dixisse fertur, factio non consulto  
opus esse, & ut erat venationi potius quam armis instructus, con-  
tra proditorem iter instituit. Cum his tantummodo purpuratis,  
qui secum venationis gratia conuenerant. Comitibus solum de-  
nuncians, vt qui eum diligeret propere sequeretur, opinione cele-  
ritus ad Ricum peruenit. Cuius vestigia ultra subsecuti sunt regi  
milites, tantamq[ue] trepidationem intulere proditori, vt facile intel-  
ligeres illum incepti poenituisse, praeuentum regis ac regiorum ce-  
leritate incredibili. Nec dum enim arcem quam Ianiculum va-  
cant, maximum illius expeditionis aut magis prodictionis mun-  
imentum expugnauerat. At quoniamquidem rex acceperat ingens  
è Roma praesidium Ricio propediem aduenturum, quo freus  
Ricus in arce adhuc expugnanda perseueraret, nocte in montem  
peditatum rex dimittit, admonitus, vt sub nomine Ricij turrim  
templi quæ Riciano praesidio tenebatur pertransiret, atq[ue] inde ad  
Ricum sub ipsum dici ortum descendant. Quo peracto Ricus  
auxiliares copias arbitratus, primo latari, dein cum regios effe ex-  
signis armisq[ue] cognosceret, antequam a rege circumueniretur, fo-  
ga saluti consuluit, reliqui capti, quos sua consuetudine rex omnes  
dimisit incolumes: oppidum quarto post die quam fraude ex-  
ptum a Ricio extiterat, recuperatum.

**Frogaliter.** Equiti cuidam prodigo, quippe cui nulla pecunia esset satia-  
re, & a rege quotidie multa postulanti dixisse tandem fertur, Amic-  
si tibi plura dare indies perrexero, citius me pauperem, quam te-  
dituitem effecero. Hoc enim perinde esse, ac si pescinam perfor-  
tam implere quispiam contendat.

**Iocose.** Cum me legente aliquando Antonius Cathacensis antiles i-  
fese offerens efflagitaret, vt eum regi commendarem, atq[ue] ego id-  
ipsum iocando suaderem, quod hic ille bonus esset, qui nunquam  
vidisset solem exorientem sobrius. Subridens rex adiecit, multi  
minus hercule occidentem.

Cum

28. Cum peregre aduenienti Ferdinando patri obuiam pro-  
gressus aduertisset illum lectica vectari valetudine affectum. Sta-  
tim equo desilij, vt patrem pedibus comitaretur & si opus esset  
humoris aut cenuice etiam sustolleret. Cumq; è lectica pater identi-  
dem cohortaretur vt exemplo multorum procerum iuxta ade-  
quitantium & ipse quoq; equum ascenderet: alij, inquit, o pater  
quid ad se attineat ipsi viderint. Ego quidem adduci ipse neutis  
quam potero, quin regem, quin patrem & eundem agrotum pe-  
dibus sequar.

Piæ  
Reuersatorum

29. Cum aliquis Alphonsum à nobilitate maximè laudaret Modestè.  
quòd rex esset, regis filius regis nepos, regis frater. At istiusmodi  
rex hominem interpellans, dixit, nihil esse quòd in vita minoris  
ipse duceret, quam quod ille tanti facere videretur. Laudem enim  
illam non suam, sed maiorum suorum esse, quippe qui iustitia,  
moderatione, atq; cum excellentia sibi regnum comparassent, suc-  
cessoribus quidem oneri regna cedere. Et ita demum honori sivir-  
tute potius, quam testamento illa suscipiant. A se itaq; si qua mo-  
do extens eliceret ornamenta, non à patribus iam mortuis  
extorqueret.

30. Ferdinandus pater & ipse inclytus rex moriens Alphon- Piæ.  
sum filium ijs penè verbis allocutus fertur. Optime fili qnoniam Liberalitas  
regna quæcumq; dum Deo placuit obtinui ad te ætatis prærogati-  
ua deferri & scio & volo, optarim eas modo terras quas ea parte  
Hispaniæ, quam Castellam vocitant, habemus Ioanni fratri tuo,  
si modo per te liceat, relinquere. Quod ne moleste feras abs te pe-  
to, et si pateris, etiam rogo. Tum Alphonsus, Ego, mi pater  
ac domine satis intelligo istæ regna & tua ferè omnia ad me  
quidem pertinere, sed non aliter quam beneficio tuo. Iccirco &  
pluris semper voluntatem tuam & feci & facturus sum, quam  
ætatis priuilegium. Imò vero si pro tua singulari prudentia Pietas.  
regnis ita demum prospicis iri consultum, si Ioannem regni suc-  
cessorem reliqueris, nihil recuso, quin ipsum vel ad omnia insti-  
tuas hæredem, non aliter mihi credas velim, voluntati per me tuæ  
vsq; ad postremum spiritum parebitur quam diuinæ. Tum  
Ferdinan-

## 54 DICT. ET FACT. ALPHONSI

Ferdinandus Maste, inquit, esto pietate & obedientia fili, & ob  
ortis lachrymis eum dimisit.

Iustit.

+ Alphonsi  
patruellem  
& sorori-  
um vide su-  
pra cap. 8.

Lib. I. cap.  
36.

Modest.

Grat.

\* Henrici

III. Castiliae

regi pa-

trui sui fi-

lia: Ioannis

Castilie re

gis sorore.

Mansuet.

Lib. 3. F.

pag. 30.

Liberaliter

Grauit.

ma

gnoperé

postulanem

vt se ad

Ioannem

Castillæ

regem

proficiē

cupientem

illi commendatijs

literis

notum &

commendatum

verum adeo gra-

tum

nere natus, impiger vir & manu promptus, regem adiens, indicat  
in animo sibi esse Ioannem Castellæ regem + ipsius hostem, con-  
tempto omni periculo, confodere, foreq; id sibi, si modo annuat  
factu perfacile. Cui rex se non solum pro Castellæ atq; Hispanie  
dominatu, sed ne pro totius quidē orbis imperio adipiscendo, tis  
crudele atq; detestabile facinus permisurū. Dij melius quamvis ex-  
usmodi scelere veram, ad quam tantopere elaboras gloriam, jædas  
atq; contamines. Simili quodam modo respondisse dicitur exuli  
Florentino Cosmam Medicen occursum pollicenti, si XXX. non  
amplius manu militum à rege iuuaretur. Longè quidem acro-  
res atq; ampliores hostes se & habuisse & habere, quam Cosmas  
esser, morte quorum vel regna consequi se quidem potuisse, sed  
abstinuisse à scelere: iret igitur & referret post deinde meliora.

Cum familiares nonnulli rusticum quendam humi pro-  
stratum vuas edentem, digito velut ignatum demonstrent te-  
gi. Vtinam mihi, inquit, istæc ocio comedere dij dedisse.

Acceperat aliquando à \* Maria singularis exempli vxore li-  
teras, quas cum semel adq; iterum attentissime perlegisset. Mox in  
quit, institueram olim nihil de vxore extra thalamum dicere, ne  
benedicens vxorius aut immodestior haberer. At nunc mihi  
prorsus mutandum consilium, & quiduis homines obloquuntur

liam: Ioannis quocunq; in triuio, cuiq; obuio, sine modo & modestia de vxoris

Castilie re virtute atq; constantia, prædicandum,

mus, quod amicos pauto inferioris fortis suos seruitores appella-

rent maximè cum huiusmodi homines à Philippo rege non ser-

uitores, non subditos, vt ab istis sed amicos & familiares appella-

tos lectitasset.

Aluarum Lunam ab Alfonso cuius erat popularis, ma  
gnoperé postulanem ut se ad Ioannem Castillæ regem proficiē  
faceret, non modo notum & commendatum, verum adeo gra-

tum & acceptum rex fecit, vt breui ad amplissimas fortunas, & Ioannis usq; intimam gratiam euaserit. Sed benefactoris, & beneficij immemor. Iccirco cum ingratitudinis aliquando Aluarus auctoritate Alphonsum ita dixisse accepimus, compertum se quicquid habere, ingenti beneficio non nisi ingenti ingratitudine satis fieri, propterea plures quidem esse, qui darent, sed qui dare scirent esse perpaucos. Nec ideo pigrius dandum aut beneficiendum esse.

35. Quanta fuerit Alphonsi existimatio & gloria hinc facile reprehendas, quod nonnunquam etiam ab inimicis, & etiam eisdem viris spectatissimis fuerit laudibus celebratus. Nicolaus Cardinalis Capuenis regi grauis inimicus, Florentiae cum esset, & conferret lese per id temporis in regnum Neapolitanum contra Alphonsum, praeclarissimus copiarum duclor Franciscus Sphortia, & ob hoc aliqui dicerent iam Alphonso regi non cum Renato negotium fore, ita respondit, imo me hercle intelliget nunc deum Sphortia cum alio sibi, quam cum Philippo Maria rem gerendam esse. Hac cum audita retulisset regi Malphiatus, Si me dicat, bello certe me nequaquam lacerrent, sed quo mihi nihil antiquius est, finiter pace me atq; otio perfui.

37. Cum Regiae bibliothecæ custos obserata libraria abesset. Rex ipse legendi percupidus, forcipe seram excuteret, interuenit Urbanus Matthæus Siculus eximia illæ sanctitatis sacerdos, dixitq; tu ne id rex magne manibus proprijs, tu ne? Cui rex subridens, quæso, inquit, vir sanæ, nunquid Deus & natura nequicquam regibus manus dederunt.

38. Ioannes Castricurti dominus natione Gallus, genere, auctoritate, factis, eques insignis, ab Henrico Britanniæ rege prælio captus, carcere affruatus est, donec fide data grandi admiodum sepe pecunia redemptorum repromitteret. Cumq; is promissis haud sufficiens, reges ac principes Europæ omnes adiisset, vt ab his ea pecunia, aut saltari quantulacunq; relevaretur. Vnum deniq; ex omnibus Alphonsum reperit, qui eum tota illa quantumvis iniqua pecunia, & à fide obligata liberaret, & à captiuitate redimeret.

Iustē.

Sagaciters

1416.

Alphonso adhuc adolescentे post sanctissimi ac optimi patris obitum regnum ac publicae salutis gubernacula suscipiente, accidit vni eiusdem seruula ex Domino prægnans facta, mox pariens ad libertatem proclamaret, ex lege Hispanensi quæ est, Serua quæ ex Domino liberos suscepit, libera esto, Dominus autem veritus seruam amittere, negabat ex se filium procreatum, ratus hoc pæco te seruam non amisurum, & filium simul habetur. At illa acrius instare & natum ex domino conceprum affectuerat. Erat sane difficilis probatio & conjectura veritatis. Sed in anticipi, Alphoni prudentia iam inde ab adolescentia brillant resplenduit. Etenim decreuit ut infans sub llicitatione venundetur. Cumq; & vni alicui, qui maius precium attulisset infans tradiri assimularetur: pater pietate victus a lachrymis temperate nequituit, & suum esse filium fassus est. Quare rex & patri filium & seruæ libertatem non cunctanter adiudicavit.

Facetē.

Ioannes Calaguritanus eques regius, vt primum ab hostiis carcere dimissus est, regem adiit, & liberalitate illius non nihil abusus, innumeras propres simul & poposcit, & impetravit, a quo rex vix tandem diuulsus. Mentior, inquit, ni inter tam multa & varia quæ petebat, timuerim ne vxorem etiam ipsam à me deposceret eques meus.

Grauites,

Lib. 5. de  
ciuit. Dei  
cap. 24.

Cum inter Sophistas aliquando de regum felicitate disputatione esset, & suum quisq; iudicium afferret in medium, intererat rex, & quid o amici, inquit, in id tantopere laboratis. Num putatis hoc ipsum quale sit, aut plenius, ex cogitari aut loculeniū exprimi posse, quam prodiderit vitæ diuinæ sapientiæ Augustinus? Mox illius verba ipsa, vt erat singulari memoria pronunciavit, Quæ quidem ego commentariolis ideo intexui, quod digna mīhi visa sunt, quæ reges & principes terrarum vniuersi memoria quidem & teneant, & obseruent. Reges vtiq; felices Auguliani existimat, si iuste imperant, si inter linguas sublimiter honorant, tum, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur. Sed se homines esse memineront, si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum, maiestatis eius famulam faciunt. Si Deum timent, diligunt, & colunt, si plus amant illud regnum;

vbi

Vbi non timet habere consortes, si tardius vindicant, facile igno-  
scunt, si eandem vindictam pro necessitate regendae tuendaeq;  
republicae, non pro saturandis inimicitarum odijs exerunt, si  
eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem  
correctionis indulgent, si quod asperè coguntur plerumq; decer-  
nere, misericordiae lenitate & beneficiorum largitate compen-  
sant, si luxuria tanto est castigatior, quanto posset esse liberior. Si  
malunt cupiditatibus prauis quam quibuslibet gentibus impera-  
re. Etsi hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis glorie,  
sed propter charitatem felicitatis æternæ, si pro suis peccatis hu-  
militatis, & miserationis, & orationis sacrificium, Deo suo vero  
immolare non negligunt. Tales Christianos imperatores ac re-  
ges dicimus esse felices.

<sup>42.</sup> Dum Andreæ Panormitano viro & genere & Iuris peritia Humaniter  
claro, se neq; cognitum neq; visum vnuquam rex accepisset, conti-  
nuo illum velut fortunatum hominem & videre & nosse vehe-  
menter voluit.

<sup>43.</sup> <sup>43.</sup> Alphonsum nonnunquam solum absq; comitantium pom- Fidenter.  
pa incendentem vidimus. Cum ob hoc aplerisq; argueretur, sua-  
dereturq; vt more aliorum principum & ipse armatorum manu  
sipatus graderetur. Exhortuisse consilium visus, est, atq; dixisse,  
se quidem minimè solum, vt isti crederent, sed innocentia associa-  
tum vadere, neq; esse quod benevolentia ciuium fretus, quippam  
extimescat.

<sup>44.</sup> Perquam difficilem rem principatum sibi videri, vel eò ma- Grauitas.  
xime dicebat, quod principum vita popularibus exemplo cedat,  
illis quidem ad vitia quam ad virtutes proclitioribus. Quapro-  
pter principibus non modo sua causa à peccato abstinentum esse,  
sed multo etiam magis ne sua vitia infundantur in ciues suos.  
Nam veltuti ad solis motu, ita populares semper in principium  
mores verti atq; formari,

<sup>45.</sup> Inter Ioannam reginam & Alphonsum suborta discordia, Justæ.  
complures tum arcibus præfecti tum præsides terrarum ac prin- Fortiter.  
cipes adeentes renem, polliciti sunt penè vniuersum Neopoli- 1422.  
tanum regnum, regina inscia se se dedituros. Quibus rex habere  
se qui-

Alphonsus  
princeps  
non Tyrannus.

Grauitas.

Justæ.  
Fortiter.

## 58 DICT. ET FACT. ALPHONSI

se quidem gratias respondit, se pluris famam & honorem suum quam regnum quamlibet magni aestimare: suum quidem consilium & fuisse & esse regnum non dolo aut iniuria sed legitimo iure, cumq; & Deo & Ioannae matri placuisse posse. Quod si reginæ in se voluntas immutata videatur, id molititudini & fragilitati foeminarum assignandum esse. Contra se & virum & regem esse meminisse oportere.

**Iustæ.**

Præfides prouinciarum ac iudices omnes à rege præmonitos scimus, ne quod decretum aut rescriptum à se factum ferrent, nisi quod iure tantum & honestate niteretur. Interdum enim aut importunitate postulantum, aut ignoratione rei fieri, vel quidpiam contra iuris sanctiōnem emanet, propterea quod illud custodiendo ciues suos offendant, non intelligentes ita seipso priter offendere atq; in semet impios, ac crudeles esse.

**Clementer.**

Cum argueretur aliquando rex quod mitis esset ac lenis nimis, vt qui nonnunquam etiam ijs, qui vel grauitate in ipsum deliquerissent, ignosceret. Se quidem paratum velle esse dicebat, Deo immortali si ad calculum vocetur, oues quas in tutelam ab eo suscepisset, annumerare, & si illas repeatat, restituere incolumes omnes posse.

**Grauitæ.**

Iustitia dicebat se quidem bonis gratum esse, at clementia etiam malis.

**Clementer.**

Qui nimis lenem & mansuetum principem quereretur, spectandum ijs esse dicebat, vt vrsi ac leones quandoq; regnarent, hominis sanc̄tē clementiam esse, beluarum feritatem.

**Grauitæ.**

Turpe nimium valde esse dicebat, eum alijs imperare, qui sibimet dominari nesciret.

**Modestæ.**

Perabsurdum sibi videri dicebat reges ab alijs regi, & duces ab alijs duci.

**Piæ.**

Pueros, quos ad studia literarum aptos, ac prop̄ natos insueretur verum paupertate ac inopia ad gloriam aspirare non posse, vt quisq; vel ad hanc, vel ad illam disciplinam idoneus videbatur, partim rethoribus, partim philosophis erudiendos commendabat, souebatq; sumptum illis affatim ministrans. Simili pietate ac liberalitate usus in Theologos pauperes. Nam cum ad

**Liberaliter.**

DICT. ET FACT. ALFON. REGIS. 59

doctoratum ascendere nisi magnis sumptibus (eo quod corrupta & depravata sunt omnia) non possent, eos & pecunia iuuare & praesentia condonare non destituit.

13. Pulchritudinis amator cum esset, nimirum iuxta Chrysippi Modestæ, sententiam, putabat pulchritudinem esse virtutis florem, nunquam licentia, aut contumelia in aetatem alicuius est visus.

14. Interrogatus aliquando rex, quid sibi sine utilitate honor Urbanæ, esse videretur. Consimile id sibi videri respondit, ut si peracutum & peracre quis cernat, sed offensus in caligine aberret in tenebris.

15. Audiuimus regem de benignitate naturæ differentem di Sapienter, cere, quod etiam in vitijs quodam modo prospexit generi humano. Nam pro scortatione matrimonium permisit, pro intuidentia simulationem, pro accidia siue ociositate laxamentum, pro gula & ventris ingluione cibatum, pro auaritia parsimoniam, pro ira admonitionem incitationemque, pro superbia vero nihil omnino indulsisset, ut intelligent superbi non solum hominibus se, sed etiam Deo & naturæ infestos ac detestabiles esse.

16. Cum aliquando impudentius saltantem aspexisset, fertur Facetæ, ad circumstantes dixisse. Attende, Sibylla quidem euestigio edet Insaniens, oraculum.

17. Non tam quod hostes vincere & sciret & posset gloriabatur, quam quod vieti consulere dedicisset. Illud quidem fortunæ interdum munus esse, hoc semper suum.

18. Cum aliquis regi diceret, caue ne tua haec misericordia Grauitate, lenitudo & placabilitas in perniciem cedat. Imò vero, inquit,

19. Mansuetos & misericordes amplecti & honestare confundere. Recte, multa perferenda sunt, ne in inuidiam cadam.

20. Arguebatur aliquando rex, quod cum à saltatione tanto Comites, pere ipse abhorreter, in aduentu tamen Friderici imperatoris tertij cum ipso imperatore & Leonora Augusta saltitare propalam vi- fuisse esset, & is quidem cum argueretur, eum se expurgantem audiimus, non voluptatis gratia se saltare, imo, id sibi nequaquam probari

probari, cæterum in honorem imperatoris & Augustæ id factum  
a se, Plurimum namq; referre, quemadmodum res fiat. Siquidem  
luxuriæ aut lascitiæ causa qui saltet, stultum aut ebrium videbitur.  
Si honoris alicuius gratia reprehensionem effugere neq; esse insi-  
fanum, qui cum magnis viris semel infaniat.

Sapienter,  
Liberaliter,

Illud vel notabile præcipue inter regis facinora fuerit, quod  
quotquot viros aut re bellica aut literaria illustres accepit ad se  
penè omnes euocauerit, euocatos, amplissimis honoribus, magni-  
ficentissimisq; muneribus ornarit. **a** Brachium sui temporis  
præstantissimum copiarum ducem, arcte familiariterq; dilexit,  
quem adolescentis adhuc in disciplina militari, magistrorum loco &  
habuit & obseruauit. Is est qui rei bellicæ gloriam apud Italos  
penè extinctam admirabili arte ac industria reuocauit atq; audie-  
rem fecit. Post hunc **B**Nicolao Picinino ex Brachiana discipu-  
la sed nec inferioris gloriae viro coniunctissime & amantissime  
vitus est, inter doctrina vero, & ingenio insignes amplexus præci-  
puè **y** Bartholomæum Facium suavis & priscæ eloquentiae vi-  
rum, à quo quidem & res a se gestas prescribi cupidè appetitur.  
Maxime eius libri suavitate allæctus, quem de vita felicitate regis  
ipsi antea dicauerat: **d** Georgium Trapezuntium græcis &  
latinis literis virum eruditissimum inter familiares, quos cum ad-  
miratione diligebat, admisit, dato negotio ut Aristotelis de na-  
turali historia libros omnes è græco in latinum traduceret, quoniam  
illi qui prius ab nescio quo traducti extabantur, propter asperitatem  
barbariemq; orationis haud satis probabantur. **e** Leonardum  
verò Aretinum ætatis suæ disertissimum, quò minus apud scha-  
buerit non voluntas, sed valetudo illius atq; ætas ingrauelens  
impedimento fuit. At epistolæ quæ vltro citroq; extant & extra-  
bunt diu mutui & amoris & officij documenta præstabunt.  
**z** Poggium Florentinum virum illustrem ob Cyropædiam suo  
iussu e græco conuersam non solum benevolentia complexus est  
sed honoribus & opulentissimis donis ornauit, fileo theologo,  
quos ex ultimis terrarum regionibus accersitos legens ac dupli-  
cans quotidie audierit, & quorum nonnullos postmodum ad  
summas

## REGIS LIBER II.

summas dignitates, mortalium omnium gratissimus, euexerit.  
Prætero philosophos, medicos, musicos, iurisconsultos, quih. re-  
gia omnis redundat, omnes à rege honestatos, omnes locupletio-  
res effectos. Nam si singillatim eorum, non dico virtutes atq;  
præconia, sed nomina duntaxat nuda percensueris, hæc ipsa ni-  
mirum sibi ingens volumen exposcere videbuntur. Igitur singu-  
los in alios locos rejiciamus, & tertium nunc Alphonsi dictorum  
atq; factorum librum aggrediamur.

<sup>a</sup> Brachium Montonum) quem initio belli Neapolitani ducem Al-  
phonsus contra Andegauenses & P. P. Martinum A. C. 1421. conduxe-  
rat. Is Brachius quadriennio post, in obsidione Aquila, à Francisco Sfor-  
za & Jacobo candala cæsus est.

<sup>b</sup> Nicolao Picinino) de quo lib. 1. Num. 6.

<sup>c</sup> Bartholomeum F A C I V M) natum in oppido Spedias, ad portum  
Luna, Secretarium aliquandiu Reipub. Genuensis, qui tandem ad Alphon-  
sum se contulit, & Historiarum rerum gestarum Alphonsi I, regis Neapol-  
itan, libris decem scripsit, quos crebro in his annotationibus citamus. Ver-  
tit etiam iubente Alphonso, Arriani Nicomodiensis de rebus gestis Alexan-  
dri magni libros.

<sup>d</sup> Georgius Trapezuntius cognomine, sed in Creta natus, Ptolemei  
Almagestum, & centum sententias, & Cyriillum in Ioannem ac Thesaurum  
& Eusebij de preparatione Euangelica, in Latinum sermonem conuertit.  
Comparationem Philosophie Aristotelis & Platoni, Dialect. Rhetorica &  
alia edidit.

<sup>e</sup> Leonardus Aretinus, Historiam Florentinam, Italicam sui tem-  
poris Gotthicam scripsit, item Epistolarum libros 8. Aristotelis ethica, poli-  
tia, Oeconomica, & ex Plutarcho & Platone quedam conuertit.

<sup>f</sup> Iacobus Poggius concilio Constantiensi intersuit, prater Cyri pædiams  
Xenophontū, Diodorum Siculum etiam, in latinum sermo-  
nem transtulit, Huius Epistole etiam Face-  
tie & insacietia extant.

## PRO O E M I V M

## LIBRI TERTII.



62

Epetenti mihi quotidie Alphonſi dicta aſſumpta memorata digna, tam multa ac praeclaras ſeſtib[us] atq[ue] oſtendunt, vt tum eorum copia penitentiarum magnitudine planè obſtupescam. Nam per immortalem Deum, quale illud eſt quod nuper ab eo dicatum audiuimus. Nam cum quidam ab eo ſcīſtare cura respondit, ſi ſapientia venditarentur. Quo ex dicto utiq[ue] planum fecit pluriſerum cognitionem, quam regna, aut diuitias aſtimare. Alexandram Macedonem in hoc, vt in plerisq[ue] quodam modo imitatus, qui laudem eius ſapientia potius, quam ex armis querere concupuerit. His accedit quod ſapientiam filiam Dei appellare ſolitus fuit, eamq[ue] ſolam verum omnium effigiem immortalem, atq[ue] ex omni genere animantium ſoli homini eſſe conetur. Qua potiſſimum ex re (vti ego arbitror.) Ioannem Escritanum tunc omni virtute praeflantifimum, tum accerrimi iudicij virum de rege ſolitando exercere accepimus: Alphonſum, ſi rex non fuiffet, philofophum & quidem exercitum futurum fuiffe. Ad ſapientiam enim vnicè natura eſſe ſibi videtur. Neq[ue] enim inter ardua, vi ſunt plerumq[ue] regum negotia vnuquam ſapientia ſtudium intermittere. quotidieq[ue] poetas, philofophos, theologos, aut leges, aut diſputantes, aut orantes audire, atq[ue] adeo in diuinis maximè doctri- plinis doctiū & clarum euafiffe, vt in rege aliquid etiam præter regem inſtrueretur, quod demirari posſet, tum ad felicitatem & veri cognitionem inde excepere. Ego præcrea ita explanaſſe diffiſillima pleriq[ue] regem ſcīo, vt quod viderentur aut haberentur obſcuræ, luce, vt aiunt, meridiāna clariorā redideret. Ideoq[ue] Hispanos conterraneos ſuos amaffe & reſpexiſſe, quod ep[ic]uſula Seneca ex latino in patrium sermonem verterunt. quod diuum illius libri cognitio, etiam literarum rudes non lateret. Sed & quod dictum & ſapientia do- cendum, ſapiētes viros incredibili benevolentia atq[ue] obſernantia colati. Quare docti & ſapiētes præcipue monitos & oratos velim, vt quodq[ue] pro viribus gratiam referat, meamq[ue] imbecillitatem ſua e loquentia atq[ue] opera ſuſtinent ſufficiant, neq[ue] diuum huius viri, deq[ue] ei tam bene meriti faciat, aut dicta perire finant. Sed celebrent potius & certatim laudibus efficiant, bauſt inſcijs ingratu[m] p[ro]enam a veteribus institutam eſſe, vt hi murenis vorandi diſcerpendijs vitii obſercentur.

Alphonſi

ALPHONSI REGIS  
DICTORVM ET FACTORVM  
LIBER TERTIVS.



C4  
Put  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.

Ptimos consiliarios esse mortuos Grauitate.  
dicebat, libros, videlicet, designans, à quibus  
sine metu, sine gratia, quæ nosse cuperet fideliter audiret.

Si Romanis temporibus natus esset se Grauitate,  
constructurum fuisse dicebat contra curiam Iustitiae.  
Ioui positorio templum, quo patres conscripti Iupiter potestorius,  
sententiam dicturi, antequam cutiam ingredierentur, odia atque  
alias animi pestes deponerent. Plerumq; etenim fieri ut regna  
atque respublike priuatorum contentionibus atq; affectionibus  
pessundentur,

Dicenti euidam id decere regem non solum quæ permisit- Iustitiae.  
se, sed quæ capite annuisset, etiam præstare debere. Respondit, Grauitate.  
recte sane, verum decere quoq; petentes, vt iusta & consentanea  
a regibus postulent. Divites sine cultu literarum aureum vellus  
appellare solitus fuit.

Cum essent qui apud regem causam bestiarum contra homines Grauitate,  
defenderent, & modò turturis castitatem, modo cornicis, Sapientie.  
quæ mortuo compare nouem hominum ætates vidua perduret,  
modo formicarum prouidentiam, modo canum sagacitatem,  
modo eiconiarum pietatem, modo apum in regem obseruantiam,  
& id genus multa pro brutis animalibus afferret in medium,  
Regem ita respondentem audiuiimus: siue id brutis inclinatione  
naturæ, siue Dei dono datum sit, se non alia causa datum ac con-  
cessum esse existimare, quam ut homines turpiter nequiterq; vi-  
uentes, erubescant a brutis & a rationis expertibus superari.

Cum aliquando rex Ludouicum Podium Putium appellata-  
tum in ueste lugubri, fronte subtristem intueretur, & quid sibi  
vellet luctus ille sciscitaretur. Ac Putius ob uxorem mortuam  
Facetas.

## 64 DICT. ET FACT. ALPHONSI

mœstum se esse respondisset. Adiecit lætum potius atq; hilarem esse eum conuenire, ob illius mortem. Nam si cognata mortua esset, & fratrem à mortuis suscitatum esse. Erat enim mulier illa intractabilis, difficilis, & viro, dum vixit, admodum molesta, & infesta, ac mariti propè mors quædam.

**Vibane.**

Matrimonium ita demum exigi tranquillè, & sine querela posse dicebat, si mulier cæca fiat, & maritus surdus.

**Prudenter.**

Quemadmodum argentarij ad aurum atq; argentum præbandum cote iudice vtuntur, ita se rex vti magistraribus prohgnoscendum ciuium mores, atq; animos dicebat : magistrati quidem maximè homines demonstrari atq; cognosci.

**Fortiter.**

Lupus Simoninus Durreæ Dominus per id temporis Neapolii Proregem agens, cum per nuncium regi absenti significasset nauem alteram ex duabus quas instar montium rex edificauerat, nautarum negligentia desflagrassæ, respondit: Scire le eam nauim quamlibet magnam atq; magnificam, paucis tamen post annis, aut labore, aut teredine peritaram fuisse. Proinde secum æquo animo, si sapit, ferat in fortunum.

**Urbanè.**

Dicenti cuidam sapientem virum se tandem reperiisse. Quomodo, inquit, sapientem dinoscere stultus potest?

**Liberaliter.**

Philelphum Poëtam ad se Satyras diutissimè euigilatas deferentem, illasq; canentem, ac prope agentem, non prius quam militia honore decoratum, præmisq; auctum remisit.

**Piè.**

Cum aliquando nauali prælio rex desperaris rebus, posset ex onerarijs nauibus in triremi suarum classem facile euadere: etenim præfectus illarum Ioannes Esernitanus vir strenuus (qui profecto semper regis voluntatem ac nutum obseruabat) noluit tamen in triremes descendere. Sed ex naui sua primus in hostium nauem transiliit, seq; dedidit, ratus id, quod postea effectu probatum est, eius iam capti autoritatem, ad sociorum salutem, & liberationem plurimum valituran.

**Gratè.**

Lupo Simonino quod eius opera in bello Neapolitano vivinti annos fideliter pariter ac fortiter usus esset. Id quod magnum & generosum appetere intelligebat, summos quoique honores nouosque & amplissimos magistratus ei rex contulit.

Siqui-

1435.

**ad Caietam.**

Siquidem eum protegem, aut, si manis, praesidem Siciliae, similius & in toto regno Neapolitano, quod antea nulli alij contigerat, fecit, seq; alterum appellari iussit, exemplo vti ego arbitror Alexandri in Ephesitionem, gratitudine quidem & officio neminem vñquam se vincere passus est.

14. Alphonis cum à Ludouico Podio è Roma certior factus Constan-  
tia, Ritium regiorum peditum ductorem ad hostes oppidis alijs ter-  
quot occupatis statim transitorum, operaè pretium fore, illum re 1442.  
ad huc integra capere ac custodire, malle se, inquit, à suis prodi Lib. 7. Pat.  
damnoq; affici, quam de illis vñquam minus confisum videri.  
Defiscat Ritius, vt libet, se nequaquam de beneficiarijs suis tale  
aliquid, nisi comperto scelere esse crediturum. His adjiciens, quòd  
Ritius proditoris occasionem quærens, à rege grandem quan-  
dam pecuniam efflagitauerit, rex illam, vel vt eum à proposito  
deflecteret, vel ne quid culpæ in seipsum reiici posset, ad Ritij ex-  
cusationem & vestigio quantamcunq; tradendam curauit.

15. Redeunte Alfonso è Caieta Neapolim, cumq; vna in classe Fortiter,  
se regia Ioanna regina, & Ioannes Caraciolus vir primarius, plu- Fidenter,  
resq; præterea proceres ac reguli nauigarent ad eum, propius ac-  
cessisse Sphortiam aiunt atq; dixisse. Nnnc ó rex si vis, & velle  
debes, potes vniuersum Neapolitanum regnum absq; aduersario  
atq; discrimine aliquo extra omnem dubitationem obtinere. Hoc  
est, si quos tecum ipse ducis, eos omnes in Siciliam captiuos di-  
misiris, ac regnes solus. Cui rex, si quidem id nesciret, se eo pro-  
posito ex Hispania discessisse, vt veram & absolutam gloriam  
quantum in se esset reportaret ad suos, quam non perfidia & do-  
lo, sed virtute & constantia se posse asequi, Dei optimi maximi  
benignitate consideret. Reges quidem fortunæ omnis minimè  
indigere: sed laude potius hoc est hominum perpetua commen-  
datione & fama.

16. Maxima cura intentum regem ad exoluendum leuandum-  
que fese ære alieno nuper vidimus memorem, vti ego arbitror, Iustæ.  
dicti illius, litis atq; æris alieni comitem esse egestatem: per bel-  
lum etenim Neopolitanum quinq; & quinquaginta millia super  
quinquies centena aureorum mutuo contraxerat, à quo debito,  
dum Graniter.

66 DICT. ET FACT. ALPHONSI  
dum proderem hæc, propè liberatum vidimus. Ac proinde re-  
spirantem, & merito lætum dicere, regibus qui pro reditu sum-  
ptus metiuntur, bona omnia cedere, amari à ciuibus, non metu,  
ciues ipsos à suspitione nouorum munera leuatos, alacres agg-  
re, suaq; bona ostentare, ac deniq; principis vitam votis iuppli-  
cijq; expetere.

**Grauiter.** Adulatores autem lupis haud absimiles dicebat esse. Nam  
quenadmodum lupi titillando ac scalpitando asinos vorare solli-  
issent: Sic adulatores ad perniciem principum, blanditijs ac  
mendacijs contendenter.

**Fortiter.** Cum in prædicatione cuiusdam viri sancti somno rex ad-  
modum grauaretur, nec id dignitati, aut attentioni suæ conueni-  
re intelligerer, digitis digitos occulte quidém ita contorsit, vt so-  
porem præ dolore omnino executi, & amoueri necesse esset.

**Pie.** Alphonsis quodam die Panormi sacratissimæ dominice  
hostiæ obuiam factus, equo desiliit, corpusq; Domini comitatus  
deductus est tandem ad domum mulieris laborantis è grau pa-  
tu, atq; penè iam mortuæ. Qua ex re valde sollicitus atq; anxius  
Putio, qui dum aderat, mandat, vt illico diuæ Serenæ cingulum  
afferat, quo allato & summa cum deuotione super iacentis cor-  
pus imposito, statim incolmis enixa est.

**Liberaliter.** Mediolanensibus vero à Venetis pariter & à Francisco  
**Prudenter.** Sphortia bello oppressis, auxiliumq; ab Alfonso magnopere  
postulantibus, arbitratus est rex, illis demum bene consultum iñ-  
fi Ludouicum Gonzagam hoc ipsum affectantem, mercede con-  
duceret Mdiolanensium causâ. Quapropter Putio Podio man-  
dauerat, vt hoc nomine ipsi Ludouico triginta millia aureorum  
persolueret. Cæterum Poditis, quoniam interim Carolus Ludou-  
uici frater, qui sub Mediylanensibus merebat, occupata Laudente  
& Crema ad Sphortiam transisset, ac proinde ne cum fratre Lu-  
douicus cunsentiret, addubitaretur, pecuniam numerare super-  
sedit, regemq; per literas admonuit, pecuniam quamvis promis-  
sam, in re tamen dubia nondum numerandam, sed seruandam  
potius sibi videri. Cui rex maiori sibi curæ esse, sibi fidem seru-  
re quam pecuniam respondit. Quare Ludouicus, vtrumq; re-  
cederet,

Humanites

cederet, quod semel promisisset, exalteret, de bono & spectato vi-  
ro perbellè semper, & præsumendum & sperandum esse.

<sup>21</sup> Conuocato regulorum procerumq; concilio, Neapolim,  
non defuerunt qui crederent, euocatos à rege contrucidandos es-  
se, siquidem id aliquando eis à superioribus regibus accersitis ac-  
ciderat. Cæterum hi primo quidem ab Alfonso humaniter ac-  
cepti sunt, deinde dissoluto concilio latri & incolumes dimissi,  
tum primum sese verum regem, ac patrem vidisse profi-  
tentes.

<sup>22</sup> Offerentes sese quondam ad Renati Andegauensium ducis  
necem reiecit ac detestatus est, vt si tale aliquid de cætero cogitare  
auderent, in eos tanquam parricidas animaduersurum minaretur  
addens se quidem virtute, non insidijs cum hoste de regno con-  
tendere. Simile & ijs respondit, qui sese in mortem Francisci Sfor-  
tiae paratos esse regi significanter, nunquam sibi victoriam placu-  
isse, cuius postea pigendum pudendumue esset, nisi huiuscemo-  
di consilii abstineant, talia se exempla in illos editurum, vt eiuf-  
modi consilia, sibi admodum molesta esse, omnes intelligent.

Fortites

<sup>23</sup> Audiuimus à rege, cœcum natura Agrigentii adhuc viuere,  
quem sè penumero ducem venationis habuisset, monstrantem  
his ipsis, qui oculis cernerent, terarum saltus ac latebras. Sed & id  
de cæci huius industria mirum adiecisse: Nempe habuisse hunc  
aureos ferme quingentos, deq; his valde sollicitum statuisse in a-  
gro defodere, detodictem a vicino eius compatre conspectum  
eοq; abeunre pecuniam ablatam. Cum vero paucis post diebus  
theaurum reuiseret, neq; inuenisset thesaurum, animo ang, dis-  
cruicari, exedi, neq; alium conjecturare, nisi vicinum comparem  
surripere potuisse, ac cessisseq; ad illum atq; dixisse, esse quod con-  
fudere eum oporteat, tenere se aureos mille, quorum partem di-  
midiam abstrusisset iam in tuto loco, de reliqua autem dimidia-  
anxiū esse, vixote cæcum & rerum perquam incommodum  
custodem, propterea si ei quoq; visum fuerit hoc reliquum in e-  
odem loco illo tuto quidem trudi & abstrudi posse, comparem  
approbasce consilium, ac properè præcurrisse quingentosq; aure-  
os, vnde nuper effoderat, reconcidisse, ratum totos mille mox

Mirè.  
Grauitate,  
CœcumCæci inge-  
ni osrum  
comment-  
tum.

## 68 DICT. ET FACT. ALPHONSI

sibi nequaquam defuturos. Posthac cœcum in agro reuississe, et pertaq; pecunia compatrem appellando, exclamasse, Cœcum oculato melius vidisse, latumq; rediisse. Cæterum vero admiratum regem, eos imperatores maximè laudare, qui eos, qui ocum prælijs amisissent, coronatos milites suosq; Hannibales appellarunt.

Clementer,  
Magnani-  
me,

Conductus iam à rege Nestor Fauentinus sedecim millibus aureorum, sibi traditis iam, antequam regi miditare inciperet, ad Bononienses & Franciscum Sforiam se contulit, quod cum Neapoli rescitum esset, Antonius Casarelius Nestoris scriba, qui dum negotia procurabat apud regem, vitæ metuens profugit. Verum interceptus in via ad regem reductus est. Constitutus in medium iussus est recitare conditiones inter regem & eius dominum, per eum initas, quas cum intellexissent, qui aderant ab Nestore violatas esse, à rege dimissus est, non solum metu morris liberatus sed viatico etiam adiutus. Hoc etiam ad magnanimitatem regis referendum est, quod cum Nestor in fidem recipienda pecuniæ obsidem dare filium obtulisset, à rege illi sicuti pleriq; vijs negatum esse palam est. Non metu enim sed gratia & voluntate sibi operam dari semper suum consilium extitisse.

Liberaliter

Alphonsus Ludouico Podio, quo propter eius singularem diligentiam ac fidem perpetuò fere oratore in Italia vius est, renunciante pro pace, quam Venetis & Florentinis datus est, plusquam ducenta millia aureorum extorqueri posse. Respondit

1448.

Lib. 9. Fac.

pacem dare se, non vendere solitum esse,

Grat.  
Fortiter.

Cum esset rex cum exercitu Tyburi, redditæ sunt ei literæ ab inclito illo Mediolanensi duce Philippo Maria in hanc sententiam, Philippus Alphonso salutem. Ardeo equidem cu-

1449.

Lib. 9. Facij

pitatem incredibili ad me vnum aliquem ē tuis interioribus auli-

Pag. 11.

cis mittas, fide ac probitate quam maximè spectatum, qui cum ca-

fiducia de rebus arduis loqui liceat, ac si tecum coram locutus essem. Vale. Ex omnibus regem Ludovicum Podium delegisse sci-

mus, hic cum & literis manu regis scriptis & signis secretioribus ad Philippum accessisset, primum iureiurando a Philippo ada-

ctum esse, ne quicquam eorum quæ auditurus esset proferret,

Deinde

Deinde ut regi quam citissime renunciatet, sibi propositum esse  
vtiq; fixum & immutabile, regem ipsum ex se hæredem facere, ipsi  
que Putio in præsentia tradere paratum esse regis nomine ciuita-  
tes, oppida, atque arces, quæ quidem regiorum militum  
præsidia qui in Gallia Cisalpina per id tempus sub Raimundo  
Buillio regis duce militabant, per quem opportunè custodiri pos-  
sent, tum magistratus, tum iudicia, tum ærarium, tum introitus  
omnis penes ipsum regi resignaturum, sibi duntaxat arcem Louis  
& Papiæ in aduentum regis reseruaturum, & has quoq; requi-  
renti Alphonso traditurum, nec omnino sibi adueniente rege nisi  
Papiæ redditus retenturum. Hæc cum Putio maiora esse, quam  
vñ in præsens transfigi posse viderentur. Ex Philippi quoq; senten-  
tia ad regem magnis itineribus contendit, regiq; omnia, vt gesta  
erant, enarravit.

Rex primo rei nouitate admiratus indoluit Philippi vices  
quem honoris gratia patrem appellare consuerset, quandoqui-  
dem illum Venetorum armis oppressum, ita de regno suo institu-  
isse arbitrabatur. Deinde ipsi Ludouico respondisse, Et si Philippi  
regnum atq; fortunæ amplissimæ & locupletissimæ sunt, non se  
quidem ambitionis sed gratitudinis causa illi auxilium praefitare  
paratum esse. Scire se omnia sua & vitam ipsam Philippo debere:  
sibi itaq; Philippus habeat & ciuitates & bona sua: se quidem o-  
pinione celerius ex Tiburi Mediolanum cum exercitu ulro ad-  
volaturum, Ius sitq; tandem ut Putius quam celerrime rediret,  
Philippumq; ad bonam spem sui aduentus exhortaretur. Interim  
forti & constanti animo illum esse oportere, ac cogitare potius  
quomodo Venetorum bona distribuat, quam quomodo su-  
ipsius largiatur. Sed quoniam sciret Philippum natura suspicio-  
sum esse, mandatis adiecit, vt per omnia Philippo consentiret  
proq; illius voluntate omnia diceret ac faceret. Se quidem mox  
prætentem quicquid egissent, in melius non sine Philippi laude &  
laetitia reducturum. Et hæc quidem à duobus prudentissimi princi-  
pibus parabantur. Verum ego compertum arq; exploratū habeo,  
cum reliquis vero omnibus tum vel maximè principibus rerum  
futurarum adeò prorsus ademptū arbitrium, spesq; & cogitationes

## 70 DICT. ET FACT. ALPHONSI

mortalium vanas esse, dum enim Ludouicus præmissus accederet, rexq; ipse proficisci pararet Philippus mortem obiit; Alfonso hærede instituto. Quo nuncio incredibili quidem dolore rex (alioquin excellenti animo) consternatus eit. Quod, videlicet, gratitudinis, liberalitatis, ac virtutis materiam sibi præceptam in Philippi benefactoris interitu sentiret.

Sapienter.

Cum audisset rex me vxorem esse ducturum, primo intprobauit, arbitratus de cætero literis simul & vxori me operare non posse, ac proinde vera solidaq; literarum voluptate cœriratum. Sed cum mox audisset me Leonoram Aureliam virginem probam nobilem ac formosam duxisse, approbatuit licetrum commoda, & honesti coniugij suavitatem in æquo ponens.

Facetas.

Alphonsum cum quereretur ab eo quare podagrī loquatores essent. Ita iocatum accepimus podagricos pedum vitio afflictos, ambulare non posse: Ideo lingua, velut ambulatione quadam eos crebrius uti solere. Adhæc non illepede adiectum. Enim cum podagra laboraret tunc bene & copiose poëtari consuesse.

Moderat.

Clementer.

\* Oppidi ad Sarnum fl. qui Campania ver-sus ortum limes est. Id renatus An-dag. occupa uerat 1438 Fac. lib. 6. In obsidione Staphati centuriones ac milites, qui oppido præsidio erant, non solum omnis generis tela, sed verba etiam, petulantissima atq; obscenissima in regem & in Ioannem principem Tarentinum ac Petrum infantem regis fratrem, qui aderant iactitasse satis constat. Capto autem oppido cum ipse princeps ac infans ab ira ex conuicijs stimulari, eos omnes in furca tollendos esse contenderet. Regem contra omnes pro sua consuetudine miseros fecisse, simul & suorum indignatiunculam ita lenisse. In huiuscmodi iniurijs, nō quid dicatur sed a quo dicatur in primis animaduertendum esse. Spurci viuant spurce, loquantur spurce, vt libet, se nequaquam ob aliorum maledicta à sua natura & moderatione recessurum esse. Adhæc victoriam fortunæ esse munus, clementiam suum ipsius, qui clemens esse deberet. Itaq; vnumquemque malle ex clementia, quam ex victoria laudem adipisci. Deniq; expertum loqui, nihil magis aduersiorum animos flectere, & conciliare solitum esse, quam placabilitatis, & mansuetudinis nomen.

Rex

**R E G I S L I B E R III.**

71

30. Rex Ludodico Pôdio renuncianti esse quandam in Vene- Magnani-  
tum naualibus, qui illa vna cum armamentario, quod in his me-  
erat, exurere pollicitaretur, si sibi duo millia aureorum à rege  
promitterentur conatusq; illius facile cessuros affirmanti, ita re-  
scriptis: Etenim sibi, non quidem, insidijs vti sæpius à se modo  
acepisset: Sed aut virtute vincendum esse, aut nunquam profe-  
cto vincendum. Ex hac enim re non aliam sibi laudem speran-  
dam esse, quam eius qui Diana Ephesiæ templum incendisset,  
cuius nomen totius Asiae decreto è memoria hominum oblite-  
ratum traditur.

31. Bona illa quæ habentibus mala & pernicioſa esse aliquando Grauiter,  
possent, non modo bona non esse, sed ne dicenda quidem bona  
rex existimabat. Bonum enim perpetuitatis non momenti, ani-  
mi non fortunæ, cœli deniq; non mundi huius esse.

32. Erat Alphonsus apud Juliani templum iuxta Neapolim Pit.  
cum ex prælio relatum militem letaliter gula transfixum, circa se Humanites  
locari iussit, suoq; sudario vulnus obdurari. Cum verò nullam  
spem vitæ præsentis haberet, ad beatam & immortalem vehe-  
menter hortatus est, mortuum sepiliri quoq; diligentissime cura-  
uit.

33. Victo captoq; à rege Antonio Caudola Carpenono, vbi Clementer.  
Liberaliter.  
vxor & filij & fortunæ omnes Antonij, effent in potestatem reda-  
cta, omnes in libertatem pro suo more incolumes restituit, the-  
sauros vxori dedit. Sibi ex pretiosa & diffamata supellestile nihil 1442.  
Lib. 7. Facij  
in fine.

34. Fœnus nihil aliud sibi videri, quam animæ funus dicebat. Grauiter.  
Renatus dux cum per faciale ferream cyrothecam, id est Animosè.  
prælii signum detulisset Alphonso, alacriter illam accepisse palam  
ell, Moxq; faciale interrogasse, num in singulare certamen, an  
in vniuersum exercitum se prouocaret, quoniam ipse vtrumque  
videlicet, accepisset. Respondente verò faciale non in vniuersum  
cerriam à Renato prouocari, confessim pugnæ locum & tem-  
pus iure belli statuisse, accessisse, at nequicquam expectasse.

35. Alphonsi vero moderationem, clementiam, liberalitatem, Clementer.  
Lib. 6. Fa-  
cij pag. 61.  
cum in alios propé innumerabiles tum in Marinum Bossam,

## 72 DICT. ET FACT. ALPHONSI

suum infensissimum hostem, quis dignè satis vñquam enarrauit, qui Arpario oppido, & in eo simul Marino ipso vi capto, cum vniuersus fermè exercitus in Marini necem coniurasset, vñus Alphonsus ipsum à militum furore atq; iniuria prohibuit, quem postea & in bona restituit, & in senatorum numero collocauit, eos etiam filijs inter aulicos, quos familiarissimè diligebat, admisi.

Pis.  
Fortiter.  
1435.

Cum classis Philippi ducis Mediolanensis aduentare in auxilium Caetanorum cerneretur, essetq; de imperatore regiae classis eligendo non parua dissensio. Siquidem Ioannes Nauanus & Henricus infans vtriq; regis fratres, id pro se quiq; appetere videbatur. Alphonsus ne alteri curam & imperium clavis demandando, alterum offenderet, statuit ipse classem concendere, pacem & concordiam fratum pluris faciens, quam periculum, quod castris imminere videbatur, si quod accidit, castra ipse relinquenter. Sed & illud mox in eo prælio memorabile existit, quod cum victo regi conditiones afferrentur, non prius illas receperit quam sociorum vitam cum hostibus paetus esset, nullam ominus vita aut salutis lusæ mentionem faciens, præclarissime lucum agi existimans, si sua ipsius morte reliqui vel à morte seruantur vel à captivitate redimerentur.

Constanter  
& cum de-  
coro.

Lib. 4. Fa.

Captum vero regem dum ad Philippum perducerent, adeo liberi autoritatem maiestatemq; perpetuo seruasse aiunt, ut inter dum victoribus ipsis, non victus sed victor potius apparet. Nautis enim, qui eum conducerent, ac nauis præfector, quæ ipse cuperet, quotidie mandasse, mandata illos obsequenter & reverenter executos esse, propterea haud quidem temere dixisse nulos, in omni fortuna Alphonsum & videri & existimari meum regem.

Fortiter.

1441.

Lib. 7. Facij

Cum Beneventanae arcis præfectus de arcis ditione spensus dubiusq; adhuc esset, Alphonsum re cognita statim Beneventum aduenisse accepimus, atq; in arcem, vbi validum inerat præsidium, transmisso ponte introiisse, obstupefactum vero præfectum regis audacia, & arcem & se cum præsidio vtrò disce.

40. Erat Beneuenti rex, cumq; accepisset suos milites ex castello Boualengo, quo irruperant expulsos esse, properè accurrisse. Foreiter.

tradunt, scalasq; suis manibus apprehensas in fossam oppidi de-  
voluisse, equitibus equo desilire iussis, & scalas ascendere, quo fa-  
cto receptum oppidum & direptum esse.

41. In obsidione Neapolitana cum audisset Petrum fratrem, Fortiter.  
quem propter singulares animi & corporis dotes supra fraternum 1439.  
affectum diligebat, saxo tormentario iecutum occubuisse, vt viseret Lib. 6. Fate-  
maturauit, exanimem multis pijsq; cum lachrymis exosculatus, pag. 62.  
mox in arcem quam Oui vocant tantisper efferendum curauit,  
donec iusto apparatu regio, quod postea fecit, persoluere liceret.  
Dein ad exercitum reuersus, iam Petri interitu vehementissime  
confernatum forti admodum oratione erexit illum ac conser-  
mavit. Rursum ad amicos & Petri socios absentes consolatorias  
epistolas scripsit, quas, qui legit quem philosophum non conte-  
mnat? vno itaq; & eodem tempore piissimi fratris, & fortissimi  
imperatoris munus obijste satis constat.

42. Scimus Alphonsum hortatu ac precibus Eugenij Pontifi-  
cis expeditionem Piceni qui à Francisco Sphortia potentissimo ac  
præstantissimo copiarum ductore teneretur, instituisse. Atq; inde Religiosit.  
tandem Dei optimi maximi benignitate Sphortiam ipsum expu-  
lisse, & Pontifici Ecclesiæq; recuperatam prouinciam restituisse. Fortiter. 1448.  
Cumq; & vna & item altera vrbs è receptis ob gratitudinem vl-  
torà a Pontifice offerrentur regi, illas ingenti animo repudiasse,  
non se quidem quæstus, sed Dei & Ecclesiæ gratia, expeditionem  
illam suscepisse.

43. Stabat in ripa † Vulturni fluminis rex, quò traicienti exerci-  
tu adiumento esset, cum equiti cuidam Butardo nomine ex acie Humanitas  
Rudolphi Perusini aquæ vi perracto, ac propè absorpto, vti opem † Quod  
retut, inclamauit. Cumq; verò neminem suppetias ferre intue-  
retur, ipsem et concitato equo in rapidissimum flumen opis ferent  
dæ gratia se coniecit, quem subsecutus cum esset Ennerus Geuaca  
ipsum Butardum semianimum retulcre, repensumq; in pedes plu-  
rimam aquam euomere coegeret, quem igne refocillatum exte-  
sumq; & inde regis vestibus armictum, viuiscatum deniq; aiunt,  
Aragoniam Aragoniam exclamasse. Captus

## 74 DICT. ET FACT. ALPHONSI

Fortiter.

1455.

Lib. 4<sup>o</sup>

Captus rex adductusq; ad Aenariam insulam, monitus iussusq; est per internuncium Genuensium classis praefecti, ut insulam in potestatem populi Genuensis dedi proculis curare. Cui rex per eundem internuncium respondit, fratri captum quidem, sed vt alias, liberum, si nec mandaturum tale aliquid popularibus suis, nec si mandaret, illos captivi regis manda facturos. Suaderet sibi ē regnis suis ne saxum quidem obtineri posse. Admiratum praefectum aiunt regis animum atq; constantiam, seq; prolixioribus verbis purgasse apud regem, culpa omnium in internuncium ipsum reiecta.

Fortiter.

Abstinen-

ter.

Iacobo Caudolæ summa ope & diligentia transmittente, Vulturnum amnem annitenti & parte iam magna exercitus traxieta, rex obuiam fit, retrocedenteq; eum subegit haud parvus eius militum parte in fluvium præcipitata, magna etiam capta, reliqua in Moronem oppidum per fugam recepta. Quo peracto regem eō loci, cum exercitu sine tentorijs, sine commeatu aliquo, siquidem ex insperato aduenerat, pernoctare oportuit. Ea nocte satis constat equis diem totam defatigatis tantum silices pabulum fuisse, exercitum sub dio ieiunum permansiisse. Cumq; & Ioannes Esernitanus Alphonsi studiosus raphanum vnum & item panem vnum cum dimidio caseoli Balearici regi misisset, recusat, non decere inquiens, imperatorem ieiuno exercitu mandere.

Constanter.

Lib. 4. Fa-

cij in fine.

Captus iam & asservatus rex à Philippo illo inclito, Mediolanensem duce, cum audisset, quod statim mittendus & liberandus esset, renunciavit Philippo, quas pro liberatione sua leges dilaturus esset, nullas omnino fere recusaturum esse, præterquam si ab expeditione regni Neopolitani desistere iuberet. Malle si quidem in carcere vitam degere, quam ab huiusmodi incepso dimoueri, tum vt constantiam in te semel suscepta seruaret, tum vel maximè ne suarum partium regulos, qui secum captivi cœserentur, deseruisse argueretur.

Benigne.

Lib. 4<sup>o</sup>

in fine.

Dimissus à Philippo rex cum in portum Veneris se receperit, accepit Genuam urbem à Philippo delciuisse, ibiq; plurius Hispaniæ proceres detineri, in quibus & Ioannem Nauarrum gemi captum carcere asservari, quod cum accidisset nonnulli Ge-

nuclæ

nuenenses viri patricij qui in portu Veneris agebant, regi sese concre-didere, & se vicissim capi & asseruari debere in regiorum com-mutationem. Cæterum Alphonso mos fuit, vt qui apud se diuersarentur, quamvis inimici aduersarij, hi tamen tui semper & incolumes essent. Hos igitur omnes ad vnum mil-sos fecit.

Posteaquam à Philippo Genuenses desciverunt in Alphon-sum quæ in portu Veneris adhuc esset, nullo præsidio nisi admo-dum paucis regijs equitibus munitione, quiq; & annonæ inopia tentaretur, expeditionem eos destinasse, aiunt. Quod cum rex ac-ceperisset, ex arce in oppidum confessim descendisse, paratum vna cum paucis suis socijs à Genuensium conatu, urbem obstinatis-sime defendere, appulsa interim oneraria regis nauj cum comme-<sup>Fortiter.</sup>

<sup>49</sup> atu Genuenses à proposito destitisse.  
Reuenerat rex præcedens exercitum ad Furcas pelignas, v-<sup>Patienter.</sup> bi paucæ admodum casæ erant, atq; eæ quidem præoccupataæ, c<sup>e</sup> quoq; descendens in propriæ mansionem ingressus est vna cum Putio, atq; ibi offenderunt propè ignem milites gregarios duos ex Caroli Campobassi socijs, qui regem eum esse ignorarent Ideoq; conuicijs, compellationibus prorofis iactare eum cœ-pisse, quod in alienam domum ingredi ausus esset, nec se inde proriperer, titiones illos in eum contorturos minitantes. Rex ri-su propè dirumpi, Putius stomachari, qui nisi rex prohibuisset cum illis haud dubie manus contulisset. Cognito tandem regis aduentu, gregarij pauca facti facile ab humanissimo rege non lo-lum veniam iniuriarum exorauere, sed regijs prandiculi haud ex-pertes abire. Et sane nemo vñquam fuit, cui aut celerius iniuriaæ excederent, aut firmius beneficia hærerent.

<sup>50.</sup> Alphonstus rex cum accepisset Ioannem \* patriarcham il-<sup>Fortiter.</sup> lum omnium bipedum nequissimum, ingenti cum exercitu Faler Religiosæ, ni esse, contra eum iter tetendit, atq; in itinere perdifficiles ac con-<sup>14. 2. 5.</sup> fragosos tractus sanseuerinos, cum Paulum Teutonicum obtiam \* Aquile-habuisset, vnum ex ducibus patriarchæ, illum cum exercitu fudit, iensem lib, cepitq; , qua clade percussus patriarcha à rege inducias belli sup-<sup>5. F. P.</sup> plex periiit, & impetravit. Posthæc cum Iacobo Caudola recon-<sup>55. 56. 57.</sup> ciliata

3000 pass.  
Auerfa di-  
stat.

ciliata amicitia coniunxit exercitum, atq; immemor fœderis & iusserandi aduersus regem nihil tale suspicantem, duplicito exercitu magnis continuisq; itineribus contendit. Erat rex in vico lulliano, rem diuinam soleunster ac deitotissimè de suo more ritu faciens. Siquidem natalis Domini dies celebrabatur, cum amboduces, ambos exercitus, haud procul abesse nunciatur regi. Ille vero rei diuinæ cultum gloriæ ac vitæ præponens, non prius quam peractis sacrificijs capere arma militem iubet, & iam prædictum vtrinq; initum erat. Certabant illi numero longè superiorē regij vero virtute præstantiores. Sed dei optimi atq; iustissimi auxilio regij ipsi adiuti plures ex hostibus equos militeq; cepisse, quam sarcinas amisisse memorantur. Rex Capuam se recipi Patriarcha in Apulos recessit, vbi relicto proditōq; à se duce agitu exercitu per mare Adriaticum nauticulam trepidus effugit.

1453-

**Lib. jo. F.** Etum in hunc penè modum rex allocutus fertur. Ego Ferdinandus Alphonsus de fili, cum Fiorentinorum iniurias ferre vterius nequacum, tu tui te, quem vita chariorem habeo, contra eos cum imperio, agere exercitu mittere, vt Deo bene iuuante & tua & tuorum militum virtute, iniuriam omnem propulsemus, palamq; faciamus, tandem illos cum hostibus nostris perperam, & iniquè fœdus tecum, neq; ob hoc tamen suæ reipublicæ utiliter & honestè satis consumulisse. Igitur abeunti tibi rem, quam velut preciosissimam misericordiam, se posueram, & tibi glorioissimam futuram, si ea vt sciueris, tradidimus commilitones meos veteranos fermè omnes multis maximis experimentis perspectos, quorum opera & virtute victorias omnes & triumphos ad tempus assecutus sum, quibus tandem locis & adiutoribus expeditionem Neapolitanam consecrimus atq; adeò magnam Italiam partem ditioni nostræ, vt vides audierimus. Hos igitur in primis ita commissos facio, vt ne magis ipsam: quos cum intellexero à te diligi & obseruari, nihil quidem temere periculis obijcias, non sunt quorum opera, aut animus ibi in re

in re gerenda requirendus sit, repellendi tibi potius quam impellendi. Idcirco ad eos casus tales tibi viros conferua, si quando dignitatem & nomen tuum in discrimen necessitas vocabit. Et iam spero fore ut ipsorum meritis, ut hortatu meo charissimos habeas, atq; ita tristes ut non imperatorem, sed personam sibi mutasse videantur. Nunc quod maximè te moneo fili charissimè, illud est Ne tantum aut tuæ aut commilitonum audaciae tribuas, ut putas absq; numinis auxilio victoriam ullam haberi posse: victoria, mihi crede, non hominum disciplinis aut industria comparatur, sed Dei optimi maximi benignitate & arbitrio. Scientia itaq; rei militaris ita demum profutura est, si Deum nobis pietate atq; innocentia pacatum propitiumq; habuerimus, Deum igitur inspermis cole, in eum confide, a quo tum victorias omnes, tum optimis queq; prouenire dubio procul est, quem si quando tibi iratum suspicaberis, caue contendas, imo quicquid ab eo tibi accidisse videatur, boni consule & patientia ac poenitentia eum placa, & tibi benevolum redde. Sanè quos Deus amat, corripit & affligit. Sed si afflictos interim dolentes, ac se metuentes videt, eos postea recreat, reficit, fundat. Præterea decus & existimationem tui tibi plurimum commendatau optarim, ut qua nihil in hac vita tibi charius aut præclarius esse aut videri debeat: pluris enim dignitas & fama, quam Victoria existimanda est. Victoria enim non nunquam fama magis, quam viribus acquiritur. Rursus Victoria alterna res est. At fama que ex virtute ac probitate proficiuntur, sicuti ipsa virtus constans atq; perpetua est, quæq; gloriam nobis veram ac solidam accommodare soleat. Honestatem itaq; amplexere, sine qua neq; summo illi victoriarum datori grati esse possumus, neq; inter homines viui autoritatem, neq; mortui non men diuturnum adipisci.

Dein tesili etiam atq; etiam hortor ac moneo ut Venetorum rempublicam haud fecus quam meum statum, percharum habeas. Pro eaq; & fertuanda & augenda neq; tibi ipfi, neq; fortunis meis, neq; exercitui parcas velim. Eo quidem animo cum his societate & foedus semel iniij, ut quoad viuam eos ne momento quidem destituam, quippe quos inter amicos, charissimos,

atq; amantissimos habeam. Ad hæc te peragenda ne te commo-  
ueat hortor, aut pecuniarum aut alterius cuiusvis rei indigentia.  
Nam tibi non pecunia modo, sed milites, equi, arma, tormenta,  
affatim subministrabuntur, quin vel unum alsem tecum dimidi-  
um semper habiturus sum, & generatim, tunc tibi, cum mibi ipse  
definitorus sum, vt intelligas nihil tibi ad hanc expeditionem, si  
modo tibi ipse non defueris, per alios defuisse. Postremo te moni-  
tum volo. Si qui ex hostibus tuæ fidei se permiserint, vti illos be-  
nigne suscipias. Si qui etiam obstinatiis animis usq; ad extremam  
expugnationem perfisterint, eos cum ceperis, tuæ potius man-  
fuetudinis, quam illorum pertinaciae memineris: Nec minus  
progeniem nostram ab omni crudelitate, & saevitia longe semper  
alienam extitisse. Vale.

Piè.  
Humaniter  
Fortiter  
Infinuatio-

Alphonso regi mos fuit familiares, quos ipse alumnos suos  
appellabat, visitare ægrotantes, atq; illos tum ad corporis valen-  
tinem, tum multò magis ad animæ salutem exhortari. Quid  
cum sæpe alias, tum nuper accidit in aduersa valetudine Gabrie-  
lis Surrentini suauissimi ac spen diissimi adolescentis. Nam cur-  
grauerit iaceret, rex pro sua consuetudine illum adiens huiusc  
modi ferè sermonem est orsus: Vt valeas mi Gabriel, me dicit  
quidem te extra mortis periculum esse affirmant, si modo illos  
obedienter audias, quod vt facias te hortor atq; etiam rogo, ne  
secus faciendo tuæ mortis causa infameris. Et in medicis que-  
dem haud paruum præsidium vitæ est, verum in Deo multo ma-  
ius ac certius. Is enim non vitæ modo, sed mortis etiam  
sanitas, & salus est. Illum ergo in primis ante oculos habens  
illi tota cogitatione adhæreas, qui te fecit, qui te à morte moriens  
redemit, qui te iudicaturus est. Illum si quando offendisti, nunc  
cōtritione, oratione, confessione, & sacris ministerijs, tibi places, ac  
propitium reddas, hæc feceris, & facies scio eidem deuotissimam  
si bene pietatem ac constantiam tuam noui: hæc, inquam, cum se  
ceris illius te postea voluntati ac misericordiæ lato ac forti animo  
permittas. Solus enim quid nobis profuturum, contra quid no-  
citurum sit, nouit. Nec solus te timor aut potius opinio  
mortis offendat. Mors quidem bene pureq; morientibus vi-  
ta est.

ta est. Hinc & dissolui cupiunt, qui bene vixerunt & esse cum Christo, ut bene actæ vitæ præmium consequantur, lumen æternum. Et profectò mors vitæ principium est atq; eiusmodi vitæ, quæ neq; doloribus neq; metui neq; inuidiæ neq; æruminis ullis subiecta est, neq; ipsi quoq; morti quicquam obnoxia. Et si aliquantò repetamus, inueniemus mortem nihil aliud esse quam peccandi finem. Nam cum Adam contra mandatum Dei in flagitium lapsus esset, ne viuendo culpa reuiuisceret, & in peccatis persisteret, eius corpus ē terra factum, terræ Deus reddidit, non vt creaturæ quam fecerat, finem imponeret Deus. Igitur & principium & finis, cum is vult, nascimur, cum vult etiam morimur. Et sunt hæc quidem prorsus diuinitatis eius, nihil ad nos pertinentia. Illud vero tantummodo nostro reliquit arbitrio, vt bene recteq; viuendo, bonum nancisceremur finem. Hoc itaq; quod unum nostrum est, id est, vt in Christo Domino moriamur, summa ope admittamur, quod qui faciunt non planè moriuntur, sed transiunt à corruptione ad incorruptionem, à mortalitate ad immortalitatem, à turbationibus ad tranquillitatem. Non absurdè fortassis existimarunt quidam mortem non modo malum non esse, sed bonorum omnium maximum. verum enim uero, quoniam neq; euocationis diem, neq; horam nobis sci- re datum est, per quam salutare fuit nos præparatos esse, cum Deo sentientes, & mandatis eius obsequentes, nec diem differre tutum est, sed insipienter factum potius existimare. Plerosq; vidimus cum corporis incolumitate viribus integris nihil tale metuentes morte repente interceptos. Contrà nonnullos vsq; ad medicorum desperationem redactos conualuisse. Ego quidem in præsentia, vt vides, sanus, integer, & validus sum, adde & tot tanto-rumq; rex regnorum opibus, potentia, existimatione fortassis non inter postremos, sed nunquid hæc pro futura quicquam intelligam ad horam mortis dignoscendam? aut si intelligam, puerum me vel temporis momento illi resistere aut repugnare posse? minimè. Cum hæc igitur omnia in Dei potestate tantum sunt, nihil nobis reliquum videtur, nisi vt cum Deo bene sentientes, eius præceptis, vt diximus, tūm in omni vita, tūm vitæ tempore

maxime obediamus. Sed quoniam te verbis meis alacriorem alle  
quanto factum intueor, Pergam te monere ut ijs quidem monitis  
quibus haec brevis hora non modo sine metu, sed cum gaudio  
quoq; transfigenda videatur. Credimus firmiter omnes, quod  
Deus hominem fecerit ad imaginem & similitudinem sui. Nec  
cum fecerit credimus corpus fecisse sui simile, sed inflasse spiritum  
& animam ad similitudinem sui. Id cum ita sit, quid nobis po-  
test felicius accidere quam dimittere luteum corpus, vitorum lat-  
cinam, & ad eum euolare & redire, qui nos ideo dignatus est ad  
similitudinem sui facere, quo spiritus noster, diuino ipsis spiritu  
repletus, diuinitatis particeps, & felicitatis eius, agat etiam pet-  
petuò inter Angelos & Sanctorum choros, & quoniam nos simi-  
les sui fecit, & simile appetat sui simile, oportebit lege natura.  
Natura ergo rapimur ad fruitionem Dei, ad quam tamen, ne id  
refugias, nisi morte migrandum est nemini, idq; ineffabilem Dei  
benignitatem dedisse tantum ijs, qui credunt in nomine eius, ac  
Dei filios fieri posse se. Et adhuc veremur mori, atq; id statim fa-  
cere, quod, velimus nolimus, quandoq; facturi sumus. Sanè nili  
Deus id expresse vetuisset non expectanda, sed conciscenda no-  
bis mors esset, quo citius anima nostra perueniret, ad patrem re-  
sum omnium & factorum & Dominum, quo simplicitatem, pu-  
ritatem, aeternitatem, atq; vt ita dixerim, Deitatem recognoce-  
ret, & recuperaret suam, in contemplatione rerum coelestium, &  
confortio Sanctorum. Quid nos itaq;, non dicam amplius  
mors, sed cogitatio mortis deterreat, à quo momento temporis  
absoluimur, & in qua, aut nullus est sensus, aut certè brevis qui-  
dam afflatus: & is quidē equanimiter leuior atq; facilior, adeo ne-  
molles aut insolentes erimus, vt quod omnibus proorsus subeun-  
dum est iter, nobis vnis haud esse subeundum arbitremur. Adeo  
ne stulti atq; dementes vt nobis naturam, non naturae nos parere  
debere cogitemus. At ego viridiore vita exeo in flore etatis.  
Quid refert, obsecro, quam cito quis exeat, si semel exeundum est.  
Numquid ne animaduertisti, quod quo magis crescimus, eo ma-  
gis decrescit vita. Quanquam, per immortalem Deum, quid in  
hac vita potest esse diu, cum ipsa hominum etiam longissima vita  
perberbe.

Perbreuis sit, & puncti instar iudicanda : si cum æternitate eam conferas, vt non temere fortassis credendum videatur. Non ex interuallo aliquo sed vna eademq; hora homines nasci & mori omnes. Cæterum mihi is demum diu viuere videtur, & in ætate haud perfecta, vitam perfectam ducere, qui vsq; ad sapientiam, id est, vsq; ad cognitionem Dei vixit, qui conscientia sua fretus, mortis fiduciam præferens læto atq; hilari animo obeat, aut abeat potius. Et si vis etiam dinumerentur anni, & seruetur ordo, vt libet, quid tibi paucorum annorum accessio boni potuisse afferre. At quid non mali potius tibi summa nunc tui principis gratia, tibi fratres & parentes incolumes, tibi patriæ ipsius tuæ & haud parvus præterea dominatus, tibi facultates & copiae non mediocres? Sed horum pleraq; fortunæ temeritate reguntur. Certè quæ nobis pro gratia inuidiam & malevolentiam subiecerit, pro sanitate morbos & ægritudines, pro dominatu seruitutem & exi-  
stentia tædium atq; odium, hi nimurum, hi fructus sunt, quos præ-  
sens vita acerbissimos exarare constituit, quos evitare & morte  
præcidere sapiens vir, si liceat, debet, & tunc bene secum feliciterq;  
actum esse existimare, si cum hæc sucata & fallacia bona sibi arri-  
serint, ea deserat. Nec verò te vlla de parentibus aut fratribus, quos  
relicturus fortassis es, subeat sollicitudo. Eos quidem mihi iam  
iamq; esse, & fore scias non minus amicos (ne quid ardenter  
cam) quam te ipsum, in cuius recordationem Marinum fratrem  
& ipsum præclaræ spei adolescentulum in tuos honores, in tuas  
fortunas, & fortunarum spem protinus assumo. Tu vale æternū,  
& si mandatis meis impigre semper obtemperasti, nunc si à Deo  
optimo maximo ac regum rege tibi vitæ exitus denunciari videa-  
tur, lætus agensq; gratias, pare & obtempera. Hac oratione con-  
firmatus & erectus adolescentis paulò post hilariter & cum Dei  
mira cognitione migravit. Rex illi inferias magnifice perfoluit,  
& sepulchro huiusmodi distichon exsculpi mandauit.

*Quæ fuit Alphensi quondam pars maxima regis,*

*Gabriel, hac modica nunc tamulatur humo.*

Libri tertij finis.

Confue-

## LIBRI QVARTI.

 *Onsuenerunt transmarinae prouinciae sua quæz, Rm  
mx Italiaq; sufficere Sicilia insularum celeberrima, frumento  
tum, zaccarumq; Sardinia coria ac caseum, vinum Cagli-  
ca Ebusus salem, atq; aliae, alia. Sola Hispania Roma, siq;  
Italie Imperatores ac reges dabo solita eit. At quales impe-  
ratores aut quales reges. Traianum, Adrianum, Theodosium, Archadianum  
Honorium, Theodosium alterum. Postremo Alphonsum virtutum omnium  
viam imaginem, qui cum superioribus ijs nullo laudationis genere infer-  
ior extet, tum maximè religione, id est, vera illa sapientia, qua pug-  
niam à brutis animalibus distinguimur, longè superior est atq; celestis.  
Christum etenim verum & singularem Deum, sibi colendum vincere delego.  
sanctissima eius mandata ac precepta custodiens, neq; remorantur eam ad  
dua, ut sunt, regum negotia, quin quotidie diluculo surgens, oratione  
quas vulgo vocant horas, in interiore facello genu flexus cum gemini ac se-  
spirio ad Deum ipsum effundat. Inde in templum prodiens, iam die lau-  
sciente quaternas missas (sic enim Christiana mysteria vocamus) admittitur  
ad devotione quotidie auditq; & videt: ieunia omnia nobis indolentibus  
labiliter obseruat: Maria virginis vigilias, & quæ septem gaudia applica-  
lant, aqua duntaxat & pane solo traducit, nonnunquam nec pane aut  
qua libata. Veneris præterea & Sabbati quoq; die, in Christi salutari u  
virginis Maria reverentiam ieunio affligitur. Cumq; sit ipse in vestitu  
terroq; cultu corporis moderatior, in extollendis tamen exornandis su-  
dotibus, atq; aris, omnis omnium, qui vñquam fuerunt aut sunt elegan-  
tas, & cultus excedit, auro, gemmis, margaritis, vñionibus immensi pri-  
omnia colluent ac micant. Qui vero musica in tota Europa insigiles  
bentur, ingenti mercede accersuntur, quotidianq; in templi choro Diu-  
sanctorum laudes, diuinæq; officia concinentes audiuntur, leta & belaria  
corda, si que assunt, ad Dei amorem excitantes, excitata iam militans  
& inflammantes. Verum enim uero vt eo diuertar unde dgressus  
Magna quidem viris Hispania est, adde etiam soli fertilitate, aeris salutis  
tate, præclaris viribus, metallis & admirandis rebus merito illustris, si  
illius pace dixerim, non Alphonsu ab Hispanie laude est censendus, vnu-*

Hispaniam potius ab Alphonso, cuius gloria & admonitioni ne hoc quidem  
obstiterit, quod nostro seculo natus est. Senescet quidem & hoc, aureiq;  
seculi reliquias extitisse posteritas eò maxime dicet & affirmabit,  
si ad dignitatem rerum, quod fore vaticinor, accesserit  
aliquando testis locuples oratio. Verum  
huc hactenus.

# ALPHONSI REGIS DICTORVM ET FACTORVM LIBER QVARTVS.

C<sub>4</sub>  
put  
1.  
Gitur Alphonsi religionis admo- Religiosæ.  
nitus illud adjiciam, quod de singulis annis  
per quadragesimam pie & religiosè facere  
confueuerit. Die quidem Dominicæ cœnæ  
a l'vesperum linteo præcinctus LX, pauperi-  
bus mendicis sorditatis, humillimè ac sub-  
misso suis manibus pedes lauat, lotos atq; ex-  
tersos pronus deosculatur. Posthæc dicubentibus illis propi-  
nat atq; ministrat, cœnatos verò omnes dimittit cum pecunia &  
vestibus nouis. Hac de re cum aliquando recitarentur literæ in  
Venetorum senatu (aderam quidem ego regis legatus) non nullos  
é patribus vidi pietatos, à lachrymis minimè tempe-  
rante.

Cum à quæstore regi deferrentur aureorum X millia, dixi- Liberaliter  
serq; qui forte aderat, ea duntaxat summa se dititem & beatum  
fors. Accipe rex inquit, quantacunque ea est, & beatus esto.

3. Liberalitatis vero ac magnificientiæ, Alphonsi tam multa sa- Magnifice-  
ne documenta extant, quam multi, pene dixerim, homines sunt  
virtute aliqua aut doctrina & dignitate præclarí. Omnes enim  
& impenitam regio more præstare: vidi ego uno & eodem tem- L  
pore du-

DICT. ET FACT. ALFON.  
pore duces illustrissimos cardinales summi pontificis legatos  
innumeros oratores Alphonsum accepisse, neminemq; pallium  
nisi regia pecunia vicitare, abeentes omnes preciosissimis domis  
ac muneribus prosecutum.

Vnum verò illud liberalitatis ac magnificenz exemplum  
vel præcipue afferemus in medium, dictu admiratuq; dignitu-  
**Magnifice.** mum. Nam cum audiret Fridericum tertium imperatorem ad  
**1452.** se visendi & salutandi gratia Neapolim accedere, multa lectrin-  
**Lib. 9. F.** millia hominum ducentem, continuo illi obtiam multa lectril-  
**P. 122. 123.** mos oratores, antistites, principes, duces, comites, viros venerab-  
les, & illustres, qui illum qua maxime possent humanitate ac la-  
gitione susciperent, processerunt hi vsq; in agrum Priuernatum  
conduxeruntq; imperatorem magna cum pompa ac festivitate  
Terracinam, ibi q; primo claves regni Neapolitanum cum iurisdic-  
tione plenoq; imperio detulerunt. Deinde prolixam orationem de-  
aduentu ac laudib; eius habuere. Ego orationem communiorum  
ratorum nomine dixi. Aderam quidem ego ex oratoribus vno,  
quam postea qualemcumq; collegarum hortatu scriptam reliqua.  
Acceptus & perplautè regaliq; apparatu cum vniuerso co-  
mitatu quo Leonora Augusta aderat, & Albertus Cæsar frater,  
& quam plures ex Germania reguli, ac proceres. Sequenti die  
cum Terracina decederet a Ferdinando regis filio miro cum  
splendidissimorum equitum comitantium applausu receptus ell;  
perq; medias ciuitates sub vmbella magna cum gratulatione,  
propè triumphantium more vsq; in campum Stellarem perdu-  
ctus inter profusissimos ac pene continuos obsoniorum appar-  
tus, vbi a rege ipso receptus est cum omnibus vna regni regnulis,  
proceribusq;, hilaritate, lætitiaq; incredibili deductus ad regis  
dexteram sub pallio vmbellari Capuam, inde perpetua pompa  
Neapolim. Ibi per omnia theatra, aut magis sessiones, vbi pul-  
cherrimæ honestissimæq; ciuitatis puellæ auratis, sericis coccine-  
isq; vestibus exultæ cantantes, choreizantes, plaudentes, tran-  
seuntem paululum remorantem adorabant, producunt. Silen-  
tis ludos equestres ac Christianos, omitti conuicia ac poi-  
tis, transo venationes, & reliqua ad honorem ipsius imperato-

## REGIS LIBER. IIII.

95

ris tanti magnifice excogitata, quanta nusquam essent, aut lecta, aut  
visa, aut audit a alias. Verum illud prætereundum non fuit, quod  
tantæ huic multitudini non solum lautitia & impensa ex regio  
fisco duos fernè menses fuerit opipare præbita, sed quic-  
quid etiam vestiti, quicquid voluptati visui esset, sine pre-  
cio promptissime traditum audiui saepius à regia rationis  
scriba, vniuersam hanc in imperatorem hospitalitatem aure-  
orum C. milium summam præter ingentis pretij munera super-  
gressam finisse.

Inter regis præclara facinora illud mea quidem sententia Iust. Fortit. 1454  
maximum diuumerabitur, quod vniuersæ Italæ bello dictissimæ  
attritæ, pacem auctoritatè procurauerit, benignitate concederit, &  
quod nunquam ante ferè vistum, vñaniinitate firmauerit. Quod Lib. jo. Fo. in fine.  
proinde ego quid magnum ac propè diuinum esse iudico, quod  
pro hac confiencia, & sua maxima commoda, & graues quorun-  
dam iniurias posthabuisse satis scio.

Cum Stephanus eques Neapolitanus poculo amatorio in- Iust.  
sanisset, teneretq; & oppida & nonnulla regia officia, fuerint qui  
à rege illa bona postularent, quod absurdum videretur, à demen-  
te huiusmodi bona possideri. Quibus rex contra, sibi inhumanis-  
simum videri respondit, ijs se etiam substantiam auserre, quibus  
sors mentem & cerebrum abstulisset.

Alphonsi institæ clarissimum tibi argumentum sit, quod Iust.  
vniuersum Neapolitanum regnum, quod nunquam antea audi-  
tum, à latronibus purgatum videmus, vt quoquo versum iter a-  
gas, cum auro, quod auit, manu prætenso, die noctuq; tuto pro-  
ficearis, quamvis solus & inermis.

Hos maximè insanire dicebat, qui vxorem à se digressam, Facet.

Luditare eum magnopere solebat, quicunq; fugientibus ho- Grauit.  
ribus argenteum pontem extruendum dixisset.

Ob magas insperatasq; victorias, nunquam omnino mu- Constans  
tatum Alphonsum vidimus. Idem illi semper & in omni fortuna ter.

vultus, idem habitus, sermo idem, mansuetudo, benignitas, hu-  
manitas eadem.

Grauita.

Magnum quidem esse dicebat aduersus hostem ducem  
esse, sed & illud maximum ad omnem virtutem ciuibus, du-  
cem esse.

Patienter.

Cum quidam in itinere regem praecederet, rambulans, arbo-  
ris ab eo apprehensus, in regis oculum, qui proxime sequebatur,  
forte dimissus incidisset, luescente & tumescente mox oculo, con-  
dolentibus amicis regem dixisse aiunt nihil se profecto dolere, nisi  
percussoris ipsius dolorem ac metum.

Modestè.

Fidenter.

1442.

Profligato captoq; Antonio, renunciauit regi penes illum ex-  
tare plurimas epistolas in caput, & statum eius conscripas, et te-  
igitur regis esse illas exhibitum ac lectum iri, quo salutis ipsius pro-  
spici possit, simul & in proditores anima duerti. Hæc rex cum  
audisset, literas proferri iussit, & minimè, leetas, igne com-  
buri.

Solerter.

1415.

Cathalanis optimum factum fore censemibus: si regi adhuc  
adolescentulo septem viri ad gubernandas res publicas adiunge-  
rentur, qui Deum timerent, iustitiam colerent, cupiditates tene-  
rent sub freno, neq; donis, neq; muneribus tangerentur, Alphon-  
sum laudasse consilium accepimus, atq; dixisse, Si huiuscmodi,  
non dico, septem, sed vnum aliquem mihi virum dederitis o amici  
continuo illi & regimen, & regnum ipse concessero.

Studioſt.

Ad lectionem vero vsq; adeò regem intentum aliquando  
vidimus, ut neq; tibias sonantes, neq; saltantium strepitum audire  
omino videretur.

Grauita.

Fœneratores, vt pote labores mortalium depascentes, har-  
pyias vocitabat.

Urbanè.

u diose.

nigre.

Homines, quos vanis sermonibus impleri, & penè distendi-  
intueretur, modo vtres, modo vesicas appellabat,

Memini cum aliquando Messanæ virgilium legeremus, pu-  
eros vel humillimæ conditionis, qui modo discendi animo acce-  
derent, vsq; in interiore locum, vbi post coenam legebatur edi-  
cto regis, omnes admissos fuisse, exclusis eo loco, ea hora, ampli-  
fimis atq; ornatissimiis viris, omnibus deniq;, qui legendi cauia no-  
adessent, exclusis. Finita vero lectione potio Hispanæ regum  
more

more regi offerebatur. Ministrabat rex sua manu præceptori ipsi, seu poma, seu confectiones zaccarias. Condiscipulis vero, purpuratorum maxime post potionem, quæstio proponebatur, ut plurimum, philosophiae. Aderant quidam doctissimi atq; clarissimi viri, exten debatur vox suauissimis atq; honestissimis collo- cutionibus usq; ad horam septimam. Exinde suam quisq; do- num repetebat, laetus & regis gratia & benignitatis plenus.

19. Cum aliquando rex interrogaretur, vtrum ne armis an li- Iust. bris maiorem gratiam deberet, respondit, ex libris se arma, & ar- morum iura didicisse.

20. Illud quoq; vti ego arbitror, Socratis dictum frequenter v- Grauiter. surpabat. Tanto priuatis hominibus reges meliores esse debere, quanto honoribus & dignitate antecellerent.

21. Improbè agere principes dicebat, qui alijs honestè decore, Grauiter. que viuendi legem præscriberent, ipsi vero nihilo temperatiores fese probarent.

22. Perniciosos eos esse ciues dicebat, qui regum innocentia, bo- Grauiter. nitate, lenitatem abuterentur. Plerumq; etenim accidere, vti peruersis ciuium moribus, reges praeter eorum naturam, asperius regnare cogantur. Contrà eos probos spectatosq; ciues esse, qui principis benignum & huinanum ingenium corum virtute atq; prudentia fouverent simul & augerent. Cæterum reputanti mihi Alphonsi Lib. 8. Fa- tigia facta, id supra modum admirabile ac præcipuum videri ci pag. 55. soles, quum modo Genuenses eti maritimo prælio cum vicerint, tribatum quotannis trullam aurcam reddant. Enimvero tanta fuit autoritas Alphonsi, vt etiam victus conditions dixerit, & victores victo nitru cesserint, quasi victoriam casu non virtute se consecutos arbitrati.

23. Alphonsum vero, cum is audisset Senenses, qui à bello Ita- Prudenter. lico medij exitissent, in neutram partium inclinantes, posteā se Vrbane. dato bello diuisorunt militum prædam esse, dixisse aiunt, Se- 1455. nensisbus euensi, quod his solet, qui medium domum inco- lunt, vt ab inferioribus sumo, à superne habitantibus vrina vex- entur.

## 88 DICT. ET FACT. ALPHONSI

Clementer.  
1457.

Cum Genuensium quatuordecim maximarum navium classem, illico aduenturam nunciaretur regi, quo dicas eius illas ingentissimas in portu deprehensas, comburerent, continuo excidi e vicinis montibus rupes, & infesto profundoq; mari ad occursum venientium obijci procurauit. Portum præterea vallis mis lignis, ferreisq; catenis circumcludi molem ipsam alcillimo muro, propugnaculisq; muniri littora propè innumerabilibus inauditæ magnitudinis tormentis, omnisq; generis telis armis firmari. Atq; hæc tanta quidem celeritate, atq; admiratione omnium, vt cum mox Genuensium classis se conferret, conspectis propriis huiusmodi nouis inspectatisq; monumentis, redeundi consilium probauerit abiueritq;.

Fortiter.

Classis Genuensium quam demirata Alphonsi munimenta, abiisse diximus, apud Pontiam Insulam se continuit, ibi triremum classem, quibus aucta Neapolim rediret, e Genua exspectabat. Cumq; & aduenisse iam, & Neapolim maturare accepisset, suas & ipse triremes obuiam misit, reperit, fugauit, cepit, combusit.

Humaniter

Cum audisset Ioannem, suauissimum fratrem meum, iuuenem excellentis ac eximiæ virtutis, mortem obiisse non sollem sermone, sed consolatorijs ad me literis dolorem animi testatus est grauiter Alphonsus. Cum interrogaretur, quæ res reges ac priuatos, diuites ac pauperes, claros & obscuros, deniq; omnes præsus exequaret, respondit Cinis.

Moderate.

Alphonsus cum esset admodum facetus & urbans, mirant tamen magis licuit, quo animo quaq; moderatione ipse aliorum sales pertulerit, quam quomodo ipse iocos protulerit.

Fidenter.

Alphonus cum audisset Albertum Orlandum apud se ditissime exploratorem agere, non solum non eiecit e curia, sed foliarium arietum illi vltro constituit.

Fidenter.

Alphonus cum aliquando laxare animum a negocijs vellet, non se quidem ab dididit, neq; saltatus, neq; convivia, neq; ludos aliquos exercuit, sed venatione plurimum usus est, qua et Lycurgus tradidit, non solum adolescentes, sed grandiores etiam nauis militiae labores tolerare pulcherrime condiscunt. Nec et mea

men, quod miratu maximè dignum est, aut venationes, aut amores, aut deniq; voluptas aliqua Alphonsum vñquam à nego-  
cij remorata est.

30. Ab Dijs olim Ioue, Neptuno, Plutone, omnia tripartita fu- Modestus.  
isse memorabat, & sua quemq; sorte, parteq; contentum agere. Grauiter.  
At hominibus hodie, neq; quod satis, neq; quod minus esset, sa-  
tis esse.

31. Cum libris sub sponda solitum dormire regem scimus, ex- Studiosus.  
perectum illos cum lumine poscere ac lecitare. Ab his, quid sibi,  
quid ciuib; conueniret edoceri potissimum aiebat.

32. Mendacium verò ex ijs potissimum emanare dicebat, aut Urbani.  
qui multū legissent, aut multū peragrassent, aut vixissent multum. Grauiter.

33. In terra Hispania, qui vitrea vasā vendere soliti sunt, ea in baculo quodam appensa per vrbeā deferunt numero octena, hi cum aliquando, vt rex aderat, præterirent, ad illorum voces con- uerum regem contemplatumq; dixisse aiunt, Consimilem esse vitam beatam: Nam veluti si quis cum hisce vitrarijs ingens pre- illæ perducant. Contrà si vnum aliquid in itinere confringant, & vasā & pretium omne deperdant; sic nobis iniunctum esse o- nus quinq; sensuum perferendorum ac coercendorum, nec non trium animæ potentiarum vsq; ad vitæ exitum commendatarū, quibus si recte ac sincere ad finem vsq; fuerimus vni, nobis merces ingens repromittatur, beata vita. Sin male ac perperam, poena per- petua.

34. Cum aliquando de iactura rerum preciosarum sermo ha- Religiosus.  
beretur, persanctè affirmasse regem auditumus, malle se gemmas,  
vñiones margaritas suas, quæ quidem essent in orbem omnem

35. terrarum diffamatissimæ, quām libros qualescumq; perditum iri. Grauiter.  
Optimum factum sibi videri dicebat, si voluntas nostra in-

cessum, impelleret, tantum timor illam è diuerso retraheret.

36. Cum vero audisset ab agricultoribus mala punica, quæ na- turæ ac populares nostros ingenio malo prauoq; bonos & emendatos  
industria

90 DICT. ET FACT. ALPHONSI  
industria reddamus: alijs fortassis dubium videri poterit, quod  
nunc hisce adnotamentis adiecturus sum, mihi quidem satis ab-  
**Quomodo**  
**omni etate**  
**commodè**  
**vñus sit Al-**  
**phonsus.**  
undē exploratum & compertum est, Alphonsum cum pueris u-  
nocentia & puritate cum adolescentibus strenuitate ac virtutis  
cum viris prudentia & consilio, cum senibus grauitate & autoritate,  
cum acutis subtilitate & argutia, cum ingenuis candore &  
simplicitate, cum omnibus deniq; ingenio, doctrina, virtute, arte  
& sapientia contendisse,

**Sapienter.** Maximum verò argumentum immortalitatis sibi videntur  
dicebat, quod corpus in hac vita decrescere videremus, ac per se  
omnia membra suos quasi fines & terminos habere. Animos vero  
quanto ad annos accederet, tanto magis intelligentia, virtute &  
sapientia crescere.

**Iuste.** Cum accepisset Gallum medicum acutissimi quidem sed  
auarissimi ingenij sophistam, relicta medicina ad caulas agendias  
se conuertisse, forumq; omne Sophismatibus inuoluere, illius  
foro prohibuit, decreto edicto, vt omnis lis, quam Gallus patro-  
nus susciperet, ipso iure haberetur iniqua & iniusta.

**Modesta.** Alphonfus, si, pro vt libitum fuerit, sibi vitam agere licet  
Iuliani eremitæ vitam sese electurum inquietabat. Fuit etenim  
Panormitanus, incolens amoenissima loca prope Martini tem-  
plum, quas Gallico verbo chambres appellant, irriguo horto te-  
nuiq; vietu latus ac Deo deditus.

Alphonfus cum interrogaretur, quos e popularibus suis per-  
charos haberet: illos, inquit, qui non magis eum quam pro eo  
metuant.

**Modesta.** Ab ore Alphonfi nunquam omnino verbum obscenum  
excidissemus, nunquam interiora membrorum eius quen-  
dam vidisse, nunquam iurasse, nisi per ossa patris, & id quidem re-  
renter, & ob causam.

**Liberaliter.** Scimus item Alphonsum regem non modo vestigalium  
partem maximam ciuib; suis elargitum, sed urbes etiam praedi-  
rissimas, comitatus ducatusq; splendidissimos dono dedisse. Ac  
interim solitum dicere. Regum in primis studium & officium  
esse populares suos locupletes efficere, popularibus enim diuina-  
bus factis, nec utiq; reges futuros pauperes.

<sup>34</sup> Cauernosum vlcus in tibia exortum scatensq; solutus rex, nec ab aliquo retentus, ignito gladio scindendum medico præbu-  
it, nullo prorsus aut voce, aut gemitu, aut frontis contractu, dolo-  
ris signo edito.

<sup>34</sup> Laudare Italicos rex confueuit, tūm ob alias causas, tūm <sup>Peritio</sup> quod in prælio paucis equitibus instruerent aciem. Siquidem in acie, quæ Hispano more pluribus constaret, reliquos omnes, quoniam sese explicare non possent, intriles esse inquietabat.

<sup>35</sup> Philippus ille inclytus Mediolanensium dux cum fœderis Gratæ inter se & regem inita, sese forsitan neglexisse animadueteret, ac proinde indignatum regem atq; immutatum, Staut ad eum certos oratores mittere Guarnerum Castilionem Iurisconsultum, Franciscum Laudrianum & Antonium Pisauensem, qui, videlicet, ipsius mentem ac propositum scrutarentur, simul & conditiones inter regem & ducem ipsum in Gallia conuentas, à quibus rex liber & solutus, ducis culpa videretur, denuo confirmare ac renouare summopere anniterentur. Hi vero cum hac de re arguere, deprehenso, Primum illos bono animo iussit, dein se eodem animo atq; obseruantia in Philippum patrem, qua fuerit olim, cum ab illo digrederetur, esse respondit. Nec posse unquam Philippi errata, si modo aliqua sunt, se à proposito semel suscepto deicere, placere sibi conditiones & fœdera eadem illa perpetuè fore. Quoniam beneficia eius erga se perpetua essent, & perire nequit, quippe quæ velut re diuina quotidie sibi obversarentur ante oculos, siq; met voluntatis, se nuntium allatum fuisse Mediolanum, si iter bellis vsq; quaq; infestum non esset, bellum præterea Neapolitanum non tanta pertinacia gessisse, quod regna alia sibi deesse viderentur, sed vt captum pacatumq; Philippo benefactori, in aliquam beneficiorum compensationem traduceret, certe vt ostenderet se non minorem voluntatem in tribuendo, quam Philippo in conferendo habuisse. Itaq; non solum paecta, olim conuenta firma & inuiolata perstare Philippo referri, sed regnum Neapolitanum etiam deferri vltro iussisse.

Iaciebat interdum Alphonsus manu balistæ sagittas quæ  
tum passibus quadraginta, refixas in stium quamq; foramen qua-  
rum iaciens remittiebat, easdem confixas tertio iaciens si-  
gillatum in postremam partem feriendo  
distinguebat.

## ALPHONSI ORATIO IN EXPEDITIONEM CON- TRA TVRCOS.

**S**CIO plerosq; vestrum admirari P. C.  
Quod cum totiens de expeditione in Turcos verba  
fecerimus, eamq; miro consensu omnes capessendi  
censucrimus. Cur illa haec tenus a me dilata ac pene  
derelicta videatur, quod equidem nolim arbitremini aut negligen-  
tia mea aut pusillanimitate accidisse. Nam & bellum hoc nobis  
miserum semper visum est. Et utrumq; tandem omnino suscipiam  
dum. Verum dum aliquos Europæ principes respicio, ad quos huius  
scemodi belli cura, vel autoritate, vel potentia aut rerum peritia  
magis pertinere videbatur, in hunc usq; diem rem distulimus,  
certe ne insolentiae aut arrogantiae argui possemus, in praesentia  
vero cum illorum neminem ad hanc rem animum intendere a-  
nimaduertam, ac propterea hostium animos indies magis ex-  
scere atq; insolecscere, statuo, si id quoq; visum fuerit, bellum, in  
Christi Domini nomine, in Christianorum hostes vterius non  
differre, non quod ad tantam belli molem per me ipse satis omni-  
modo confidam: sed quod in Christo, cuius res maximè agitur  
quam plurimum sperem. Hic enim & vires nobis, & opes, & in-  
dustriam & deniq; victoriam suggesteret. Nam si nunquam in fe-  
sperantes dereliquerit, Cur nos, qui non in nostra potentia, que nulla  
est, sed in eius brachio & benignitate confidimus, defituet, præ-  
sertim eius ipsius vicientes bellum quod contra eum suscepimus,

sumus, P.C. qui Christi summi & seruatoris Dei templum foeda-  
uerit, Mariæ matris effigiem sagittam per ludibriū transfixerit. San-  
ctorum martyrum reliquias, partim igni, partim canibus edendas  
obiecerit. Quo quidem in bello si vicerimus orbis terrarum præ-  
mium erit: si vici fuerimus, cœlum, vt cung[er] res cedat, magna  
nobis aut mortalis gloria paratur. Verum ego beneficia omnipo-  
tentis Dei mecum non nunquam reputans, tria illa vel præcipue  
commendare ac præferre soleo. Primum quod me non beluam  
sed hominem, hoc est, animal ratione præditum fecerit. Alterum  
quod Christianum. Tertium in quod tot & tantorum regnum  
regem ac dominum. Sileo præter hæc plura. Sed his tribus tam  
Deo optimo & benignissimo me obligatum & obnoxium sentio  
vt mihi nisi mortalium ingratissimus esse & haberi velim, non  
amplius oscitandum aut torpescendum sit, neq[ue] expectandum,  
an quid alij moliantur, aut parent, sed rumpenda potius mora  
classiq[ue] habentem immittendæ. Nam per immortalem Iesum, quid  
est quod verear, quo minus bellum hoc honestissimum, ac piissi-  
mum amplectar, an ne corpusculum, an ne regna & reli-  
qua bona, an ne deniq[ue] animam ipsam amittam? Verum  
hæc omnia vt à Deo mihi concessa, ita ipsi Deo tandem restituendæ  
sunt, vt plane profitear, quicquid huic bello destinandum sit,  
meum non esse, at ei cuius id est, iure ac merito reddi debere.  
Bellum itaq[ue] nobis proponitur in quo nihil quod nostrum sit,  
perdere possumus: sed in quo eam perdendo vincamus, perpe-  
tuamq[ue] felicitatem adipiscamur. Satis nondo inferuiimus, sat  
voluptatibus concessimus, reliquum ætatis Deo dandum & con-  
seruandum est. Victoriam olim de regno seculari dimicantes  
consecuti sumus, quid speramus fore si de Christo ac pro Christo  
pugnam omnium pulcherrimam subierimus. Perpudeam iam  
Christianos, & Christianorum principes tot populorum à Ma-  
humetanis bellatorum, tot regum procerumq[ue] interemptorum,  
tot hominem in seruitutem abductorum, aut in Mahumeta-  
rum perditissimam heresin redactorum virginum stuprata-  
rum. Dei veri ac sanctarum imaginum subuersarum, atq[ue] huius-  
cmodi propè innumerabilium contumeliarum. Et iam cogitemus

capta Constantinepoli, hoc est, claustris Asiae destructis, ne ho-  
stium conatibus statim obstiterimus, de nobis deq; Christiana  
religione protinus actum esse. His atq; alijs rationibus adductes  
P. C. si vos item annueritis, bellum pro fide Catholica contra  
Turcos, quod nobis atq; omnium Christianæ reipu-  
blicæ faustum felix atq; fortunatum sit,  
confestim suscipiam.

ALPHONSI REGIS  
POST CAPTAM NEAPOLIN  
ET FINEM BELLO IMPOSITVM  
Vrbem Neapolin ingredientis Trium-  
phus, anno 1443.

**P**O STEA QVAM REX CVN  
Principibus regni decreuerunt conuentum ce-  
lebrare Neapoli relicto Beneuento, Primum ex-  
Auersam deinde templum diui Antonij extra  
muros Neapolis petiere, ibi q; tantisper remo-  
rati sunt, dum quæ ad triumphi spectaculum  
pertinerent, pararentur. Constituerant enim  
ciues Neapolitani uno consensu omnes regem triumphantem ex-  
cipere, tum ob mirabilem victoriam tum ob clementiam regis  
inauditam. Igitur sexto & vicesimo Februarij die rex se se cum  
Principibus ostendit ad portam Carmelitanam iuxta quam non  
modica murorum pars diruta erat à ciuibus, & in honorem vi-  
ctoris introeuntis patefacta, atq; ibi triumphalis currus paratus,  
sublimis & inauratus. In cuius summitate solium erat auro pura-  
puraq; adornatum. Currui alligati erant equi albentes quatuor  
totidem rotas tracturi, nimis feroces, sericis loris, aureis frenis re-  
dimiti. Erat item in curia contra regis solium, sedes illa periculo-  
sa visa flammarum emittere inter regis insignia, valde & quidem  
periclitosa.

præciputum. Circumstabant & currunt viri patritij viginti, fin-  
 guli singulas sursum hastas tenentes, quibus desuper alligaba-  
 tur aureum pallium, nusquam alibi in tali mysterio æquè  
 pretiosum auditum, è cuius fastigij extremis lineis, regis & regni  
 & ciuitatis signa circumpendentia haud inuenustè ventilaban-  
 tur. Sub hoc autem pallio aut magis vmbella, rex ipse sedens  
 triumphansq; deprehendens erat. Sed antequam currum consen-  
 deret, aliquid se dignum dicere aut facere constituit. Itaq; vocato  
 ad se primum Gerardo Caspare de Aquino. Ego, inquit, adole-  
 scens ob merita & seruitia patris, te Marchionem Piscariæ consti-  
 tuo creoq; , simulq; te hortor ad fidem, constantiam, & integri-  
 tatem eius, in cuius honorem nos hodie te tam sublimi dignitate  
 honestamus, quam patris beneficio partam, posthac tua propria  
 virtute conserues, & amplifices. Te quoq; Nicolae Canteline ob  
 fidem & obseruantiam tuam ducem facimus urbis Foræ & te  
 Alphonse Cardona ob præclara militia facinora singularemq;  
 virtutem, Rheyij comitem designamus. His ferè verbis eademq;  
 animi gratitudine complures in Comitatus dignitatem sublima-  
 uit, Franciscum Pandonum Venafri, Ioannem, a Sancto Seuerino  
 Nurij, Franoisum eiusdem cognomenti Maraciæ, ac Americum  
 Capacij comites fecit. Mox prope innumerabilibus viris de se be-  
 nemeritis equestrem contulit dignitatem, quos recensere omitti-  
 mus, vt ad maiora & simul iucundiora properemus. Posthac in  
 Christi Dei veri ac sapientissimi nomine, cui omnem victoriæ lau-  
 dem, ac gloriam referri semper ac vehementer voluit. Currum  
 ascendi veste serica coccineaq; demissa longeq; protracta pellibus  
 adduci potuit, quanquam si à pluribus, & quidem viris magnis  
 suaderetur, vt coronam lauream de consuetudine triumphanti-  
 um acceptaret. Credo quod singulari eius modestia ac religione  
 Deo potius coronam deberi dijudicans, quam cuiquam mortali.  
 Sed ubi eminentis in curru visus est, tantus & virorum astantium  
 & mulierum supra tecta domorum spectantium clamor & plau-  
 sus exortus est, vt ne tubicinum clangor, nec tibicinum cantus  
 quanquam essent hi prope innumerablem præ clamore

exultantium quicquam omnino exaudiri possent. Erat int̄  
 rim cernere homines partim p̄r̄ latitia illachrymantes, partim  
 p̄r̄ gaudio ridentes, partim nouitate rei obstupentes. Progressus  
 vero aliquantulum substitit, donec p̄cedentium agmen expe-  
 diretur. In quibus Florentini omnium primi varios ludos in-  
 gulari industria excogitarō, grandi affatim impensa constructio-  
 in hunc modum explicatiuerūt. Bræbant statim post tibicines  
 tubicinesq; adolescentes decem longo ordine in veste, dipleo-  
 ferica coccineaq; argento & margariis, prout inuentum aut affe-  
 stus cuiusq; dictauerat, exornata, caligis purpureis, seu, vulgo  
 dixerim, scarlateis, multo similiter argento gemmisq; ditincli,  
 adequitantes omnes eximiae pulchritudinis equos, & hos quidem  
 nolis tintinnabulisq; vndiq; resonantibus adornatos, scaurus in-  
 nixi, vt sellam si quis paululum clune contingeret, veluti proba-  
 aliquo erubesceret, dextera leuata medium hastile crispabant, p̄-  
 etum & illud ac varijs floribus inspersum, quod modo in capo  
 quisq; rotabat, modo in iecum protendebat, modo vt sua cuiusq;  
 libido erat, atrectabat, sertum vnicuiq; capiti erat laminis que-  
 busdam aureis distinctum, quod tamen coram rege transuen-  
 nissis habenis sinistra proni capite deponebant. Sequebantur  
 hos rerum domina Fortuna super tabulato pictis tapetibus in-  
 strato, & ea quidem veluti curru alto sublata vehebatur, capillis  
 à fronte protensis, occipite autem callio, sub cuius pedibus exer-  
 ingens aurea pila, & hanc infantulus quidam specie angelij exte-  
 sis brachijs sublevabat, sed is angelus sub aquis vestigia firmabat  
 fortunam modico intervallo sequebantur virtutes sex pulchri-  
 mis atq; instratis equis deuincta, habitu perhoneto & antiquo  
 Cæterum vt dignosci possent, suum quælibet p̄ se ferbat in-  
 gne. Prima omnium Spes coronam, proxima Fides, calcen-  
 Deinde Charitas infantulum nudum ostentabat. Quarto ordin-  
 incedebat Fortitudo columnam marmoream manibus suspen-  
 tans. Quinta erat Temperantia, manibus phialas gerens, aqua  
 vinum commiscebatur. Ultima vero Prudentia speculum dextera  
 Iæua serpentem populo exhibebat. Iusticia reftabat, que velu-  
 regina cæterarum equo modo contenta, sub ornatissimo quo-

## Fortuna.

Spes.

Fides.

Charita.

Fortitudo.

Temperan-

tia.

Prudentia.

Iusticia re-

gina virtu-

rum.

## TRIUMPHVS.

97

dami pulpite eminens vstabatur, ornatuq; cultuq; conspicua.  
 dextera nudum ensem, laeva vero trutinam gestans, qua velut fe-  
 quentibus ac coalentibus se imperium esset praabitura. Post hu-  
 meros loco eminentiore solium constituerat, & hoc quidem au-  
 ro purpuraq; decorum, super quod angeli tres, quasi caelo visi  
 descendere, coronam quisq; suam sibi polliceri videbantur, qui *Angeli tres*  
*Merces Ius*  
*huiusmodi* solium propter iusticiam mereretur: sedem hanc *sticie.*  
 pulcherrimam sequebatur turba equitum maxima in habitu for-  
 magis diversarum nationum, principum, procerum. Sed vt hi  
 sedem sequebantur, ita & currum personati Cæsaris anteibant.  
 Aduentabat enim Cæsar eminentissimo atq; exornatissimo quo-  
 dan in pulpite deuectus, ad quem gradibus instratis ascendeba-  
 tur. Stabat enim Cæsar laurea caput deginatus, armatus, palu- *Cæsar.*  
 damento amictus, dextera sceptrum præferens, laeva auream pi-  
 lam. Sub cuius pedibus Mundus in formam sphæricam con- *Mundus.*  
 tinuè mouebatur. Constatit coram Alfonso & in hanc serè  
 sententiam locutus est rythmisq; maternis. Ego te præellen-  
 tissime regum Alphonse, cohortor, vt septem has virtutes, quas  
 coram te modo transire vidisti, quas perpetuo coluisti, ad ulti-  
 mum usq; tecum serues. Quod si feceris, vt facies certe scio, quæ  
 te nunc triumphantem populo ostentant, aliquando dignum ef-  
 ficient, sede illa imperatoria, quam modo transeuntem intuitus,  
 concupisti. Qua cum, vt vidisti, Iusticia simul deducebatur, vt  
 intelligeres sine iusticia neminem veram solidamq; gloriam asse- *Fortuna.*  
 cuturum. Sed Fortunæ quæ tibi paulo ante crinem aureum por-  
 rigere videbatur, nequaquam confidas, fluxa & instabilis est. *Virtus.*  
 Ecce & mundus volubilis, & præter virtutum omnia incerta. *Florentia*  
*libertatis*  
*studiosæ.*  
*Ludi Hi-*  
*spanorum.*  
 Hanc igitur quod facis, religiosissime colas. Ego Deum optimum  
 maximum rogabo, vt te in prosperitate, sed & Florentiam in li-  
 bertate conseruet. Hæc locutus Cæsar, agmini se se immisicut, &  
 secuti sunt bino ordine Florentini numero circiter LX. tunics o-  
 mines purpureis ac coccineis amicti. Post hos veniebant Hispani,  
 hi quos Latini Celtiberos vulgo Cathalanos vocitamus, & hi  
 magna celebritate magnoque spectaculo ludos peragentes, aduexe-  
 runt enim equos quosdam manu factos veris viuisq; similes,  
 libubolo-

lubulonica instratos, hos iuuenes equitabant ueste ad certam vij  
demissa, cumq; suis pedibus iuuenes mouerentur, equi modo  
cursum arripare, modo in gyrum flecti, modo insequi, modo si-  
gore videbantur. Erat equitibus scutum sinistra regis insignita  
depictum, dextera nudus ensis. Contrā hos pedites aderant et  
natū Persico Syroq; succineti, tiaris acinacibusq; formidabile.  
Mouebantur primō vna equites peditesq; leniter ad harmoniam  
vel ad numeros, chorisantium more, saltabant. Deinde conci-  
tato sensim cantu, & ipsi pariter inflammabantur praeliumq; mi-  
cebant. Atq; ita magno militum clamore magnoq; astantum  
risu aliquandiu digladiabantur, donec victores Hispani Barbaros  
vndequaq; fugabant, capiebant, protrebant. Post hos vehicula  
tur lignea ingens turris mirifice ornata, cuius aditum angustum  
stricto ense custodiebat. Nam super ea vectabantur virtutes  
quatuor, Magnanimitas, Constantia, Clementia, Liberalitas.  
Haecq; sedem periculosa insigne illud regium p̄ se ferrebat  
cantantes suām quæq; compositis versibus cantionem. Omnes  
primus angelus ad regem versus in hunc ferē modum diffler-  
tuor inclytas virtutes offero manuq; trado, quas quomodo res-  
semper veneratus, & amplexus es, nunc te triumphantem con-  
tati gratanter volunt. Proxima huic Magnanimitas regem hor-  
batur ad animi excellentiam. Subinde demonstrans Barbaros ab  
Hispanis viatos fugatosq;, ut intelligerer rex siquando be-  
lum suscepturus esset contra infideles & à Christi nomine abhe-  
rentes, Hispanos p̄sto esse, ac proculdubio victores etiā si-  
tuando superari.

Magnani-  
mitas,

## Constantia

## Clementia,

Tertia erat condimentum virtutum omnium Constantia, q̄ regem admonebat vt humanos casus, si quando accidunt, armis  
to constantiq; animo perferret, ab honesto gloriosoq; proprie-  
tate nullo infortunio abduceretur. Fortunam siquidem omnem ex-  
rendo superari. Clementia deinde vultu p̄ ceteris exhibilata  
velut in rege, quasi in speculo se ipsa intueretur. Reliquæ ō re-  
sponsa inquit, haec sorores inter mortales tete sane p̄stantissimum re-  
spondunt. Ego vero te non hominibus sed diis immortalibus re-  
spondebam. Ille quidem vincere, ego te viatis parcere, eodemq; concur-

**Pugna.****Turris pa-  
cis.**

## Constantia

conciliari monstravi. Hæc breuiter effata conticuit. Liberalitas postremo in vulgum pecuniam prodigebat, significans regem. a-  
etorum gloria duntaxat contentum, reliqua omnia popularibus elargitur. His itaq; mirum in modum compositis ac  
præcedentibus currum, quinq; aderant viri nobiles coccinea chlamyde induiti, ex quolibet theatro vnum. Diuiditur enim ciuitas omnis Neapolitanorum in theatra quinq;, quæ illi à confedendo sedilia appellant. Hi quidem præ erant currui dirigendo, equisq; dextrandis, toti deniq; præcedentium agmini, ordinando, tum scipionibus, quos dextra præferebant tum autoritate maximè extimescendi. Præcedebat iam Alphonsus augusta maiestate venerabilis, ac toius corporis dignitate spe stabilis. Et rursus clamor plaudentium ad cœlum vsq; perlatuſ est. Currum pedibus omnes sequebantur, ac rotius regni reguli ac principes ordine quaterni, omnium primi Ferdinandus Alphonsi triumphatoris filius, præclaræ indolis puer Ioannes Antonius princeps Tarentinus: atq; hi medij: a quo- rum dextera Raymundus princeps Salernitanus, a sinistra A- branius regis legatus. Deinde vir maximus proq; sua fide & constantia sempiterna memoria dignus Ioannes Antonius Suesfanorum dux, Honoratus Fundorum comes, Petrus in- clyti Mediolanensis ducis legatus. Tertio ordine Antonius dux sancti Marci, Traianus dux Melisæ, Antonius Xantilla Marchio Catroni, Iacobus comes Nicolai Picinini viri fortissimi filius. Deinde suo ordine quoq; duces comitesq; duo de quadraginta, proceres & barones circiter centum, equestris ordinis viri propè innumerabiles, præstantium virorum, grauissimorum pontificum, literatissimorum hominum infinita etiam multitudo. Diceres post currum frequentiam si cerneret, non alibi in vrbe homines esse posse. Sed ita præterea forum illud amplissimum, ita palatiorum omnium culmina, ita fene- stræ, ita ianue, ita porticus, ita viæ, ita theatra, ita loca omnia re- ferta erant hominum, tum exterorum omnium vndiq; ad spe- ctaculum confluentium, tum ciuium ipsorum, vt si post cur- rum nondum videras, nihil hominum superesse contuleres.

Iam Alphonsus per media sui triumphalis arcus funda-  
menta cepta, iam iter faciebat, monumentaque rerum suarum  
paululum conspicatus, numulariorum verius regionem ite-  
perrexit, vbi viarum pauimenta floribus ac frondibus sparsa-  
serant. Sed quod nuspiam visum, nuspiam lectum est, se-  
nestræ ipsæ impositarum domorum coccineis, multoque  
auro contextis pannis iungabantur. Subter hoc aureo qua-  
si telo Alphonsus magno argentiorum mercatorumque o-  
mnium plausu, nouoque etiam ludorum apparatu ac felic-  
itate incredibili præteruectus, ad portæ nouæ theatrum  
protinus peruenit, vbi virorum puellarumque sanè pulcher-  
rimarum infinita propè multitudo choreisantum, conci-  
nentium, regem ipsum incredibili desiderio, infinita laetitia  
opperiebantur. Erant in hoc sicut in cæteris theatris, pari-  
etes ipsi peregrinis auleis, stragulisq; vestiti, mulieres praefe-  
tum purpura, auro, mundo, gemmis, sumptuissime culta,  
in luxu laus erat, ipsi quidem regi domino, patri bensaf-  
ctori, cultus, ornatus omnis referebatur, exolutebatur. Ig-  
tur præsentem ipsum, saltatione cantuque dimissis, aut  
rectius intermissis, puellæ omnes genu flexæ manibus iun-  
ctis, quasi Deum aliquem ipsatum pudicitia custodem ad-  
dorauerunt. Itidem viri facere, bonis vitaque seruati.  
dequè profectus theatrum, qui portus dicitur, offendit pari-  
saltatu, pari exultatione desudans, nec minore exornatu pu-  
ellarum numero venustate, item cultu, munditiaque perpo-  
litum, eadem gratitudine ac reverentia regem conservato-  
rem exceperunt. Inde in tertium deductus theatrum nobile  
& antiquum, nulli supra commemoratrorum inferius, siue  
parietum ornamentis, varietateque picturæ, siue puellarum  
multitudine obstupescas, siue fœminarum pulchritudine ca-  
piaris, siue cantu demulcearis, siue saltatione forsitan oble-  
ctris. Et hic quidem omnes piissimo ac clementissimum regi  
immortales gratias egerunt: & Montaneam vetustissimum  
theatrum se contulit, simili cultu, simili gratulatione, simili  
omni affectione, à viris puellisq; susceptus. Inde digressus  
ad mar-

ad marmoreos matris ecclesiæ gradus curru descendit, ac cum principum procerumq; subsequentium pompa tem-  
plum ingressus, Christi Iesu verissimum numen humillime  
comprecatus est, illi victoriae laudem, illi triumphi gloriam  
illi virtutum omnium honores, ac gratias tribuens. Exinde  
lannotum Hitium de se bene meritum, virum equestri di-  
gnitate exornauit, curruntq; conscedit, cum magna ac  
propè incredibili puellarum, quæ in Theatro Capuano re-  
gem oppericebatur, lætitia, ac plausu. Nusquam alibi aut  
retum magnificentia, aut nympharum formositate, aut vi-  
rorum generositate, aut animorum gratulatione, aut denique  
personarum rerumq; omnium maior apparatus habebatur.

Hac itaque rex præteruectus in arcem tandem Capua-  
nam splendidissimo huic theatro vicinam, &  
iam aduerserat die per-  
ductus est.

F I N I S.

N 2

ÆNEAS



AENEAE EPISCOPI SE  
NENSIS IN LIBROS ANTONII PA  
NORMITAR POSTAR DE PICTIS ET FACTIS  
Alphonsi regis memorabilibus, com  
mentarius.

**A**Eneas Episcopus Senensis Antonio Panormite p  
et a clarissimo, S.P.D. Sylvester Chimenis antistites cuius  
consilio in suam me curiam Fridericus imperator accepit  
dictatas a me literas cum aliquando examinandas accepit,  
set remitteret q, plerumq, macularas magis quam emenda-  
tias, interrogatus cur aptissimo verbo remoto redidisset inepit. Aiqu non pos-  
disse me inquit scripta tua suspectare poteras, si nihil immutatum reperiisse.

Idem mihi in Alfonso tuo faciendum fuit, Antonii orationum & por-  
tarum limatissime. Nam qua de rege maximo & optimo olim scriptis, q,  
legerem corrigerem q, iussi. Legere potui, quod feci, corrigerem vero non po-  
tui. Nam quid est quod manu tua emissum correctione indiget? Vulgo de-  
citur, nihil dictum esse quod nequeat dici melius. At hoc in rebus tuis fa-  
sum Virgilianum carmen quam disteria tua corrigi promptius fuerit.

Legimus aliquando Socraticum Xenophontem, nescimus qua eloqua-  
ria homo Gracu eluceat. Ignoramus enim danno nostro Gracias literas. De-  
latinu si quod est iudicium nostrum, neg, ille translatus se Antonio, neg, Se-  
cratem Alphonso parem facit. Nam & tu Xenophontem hunc eloquias  
superas & Alphonsus sapientia Socratem antecedit. Quid plura?

Apophthegmata Plutarchi Philelphus in latinum vertit. Dicta illuc fu-  
ctaq, memoratu digna breuiter comprehensa sunt illustrum virorum, quis  
non oriens modo, sed Grecia simul & Roma protulit. Maiora tamen & ille-  
striora de uno Alphonso tuis liber explicat.

Felix tu igitur cui tantus princeps scribendus occurrit, felix Alphonſa  
qui te ad consecranda eius gesta idoneum offendit. Nam neq, tibi materiam  
vbiorem inuenire, neq, illi scriptorem elegantiorum obtingere facile fue-  
rat. Verum ego ut eod redeam, vnde digressus sum, Siluestri tenebo morem, au-  
toptonam tuo, sed ut me librum vidisse ac legisse intelligas, quod tunc vernum  
maxime iudicabu, cum per singula capita tui operis aliquid me viderit. 18

commentum. Anno 1456.

I N P R O O E M I V M  
P R I M I L I B R I .

103



Lphonsus tanto est Socrate maior  
quanto grauior Romanus homo quam Græ-  
cus putatur. Et quanto difficilis est reges,  
quam priuatos homines philosophari.

Hunc nouum Herculem sibi auxilio esse  
& Senenses orant, quibus tanto iustius fuerit  
opem ferre, quanto indignius opprimuntur.  
Quod si rex solitus est laborantibus etiam cum periculo subueni-  
re, Senenses certe non deseret, quos vel solo verbo reddere tutos  
& quietos potest.

In Anglia quæ quondam Britannia dicta est, qui extra ma-  
trimonium mulieribus commiscentur deprehensi, sacerdotis im-  
perio die festo in processu cleri ac populi adesse iubentur, & re-  
tentis foemoralibus nudi ecclesiam circuire ardente cærum  
manu gestantes. Si quem poenæ pudet, is auro noxam redimit.  
Mannus quidam Florentinus qui sàpè data pecunia effugisset  
poenam, rursus deprehensus subire quam dare argentum statuit.  
Die dicta, ad ecclesiam longo pallio contextus venit, quo in me-  
dia turba virorum foeminarumq; deposito, omni ex parte nudus  
remansit. Ac indignante sacerdote, & foemoralia ut resumeret  
iubente. Minime inquit, gentium. Nam pudenda hæc, quæ  
peccauerunt, ea potissimum dare poenas decet.

Baltasar Cossa, qui pontificatum adeptus maximum, Io- 1411.  
annes tertius & vicesimus dictus est, sàpenuero supra inodum  
laudatus inquit, quamuis ementita esse scio, quæ de me præclare  
dicuntur, ijs tamen vocibus me oblecto.

Sapiunt mea quidem sententia, qui accepto aliquo benefi-  
cio vel mediocri, curiae valedicunt. Ostendunt enim animum su-  
um expletum esse, & periculose se subtrahunt, quod in curiales  
frequenter accidit, qui veluti fues ubi saginati sunt in cenam  
Dominii mactantur. Cæterum qui opes adepti magnas apud re-

N 3 ges per-

104 IN DIC. ET FAC. ALPH R.E.G.  
ges perseuerant, non quidem id agunt ut gratias referant, sed val-  
tuto abire nequeunt, vel eis nihil satis esse præ se ferunt.

Si Gothis ac Longobardis tales reges fuissent, neq; immi-  
tum Liuium, neq; aliorum detrimenta autorum deploraremus.

Cum Alphonsum ego ex Baijs Puteolos vique sequens  
eissetq; illi ad me sermo de literis, Ait se legiſte librum Augusti  
de ciuitate Dei ex Latino sermone in Gallicam lingua transla-  
tum, in cuius proœmio scriptum esset, Regem illiteratum nunc  
aliud nisi asinum coronatum esse. Atque ita sibi videri affon-  
uit.

Pari, vt mihi videtur, prudentia erga Iacobum Picinum  
suum Alphonsus vititur. Cui vt amico subuenit, ab eo tamen,  
hoste, cauet.

Harpyias arbitror fuisse quam plurimas. Nam curiam q;  
ad huc nullam hisce auibus vacuam vidi.

Cœptis quæ quidem iusta sunt, decet regem iniustum ad-  
hibere animum. Ac fortunam ferendo vincere. At ubi concur-  
iniquus est, præstat vinci quam vincere.

Hieronymum hæreticum, de quo senior Aurispacum  
disputat, intelligo Bohemum fuisse qui Constantiæ crevatus  
cum impie de religione sentiret. Adde igitur si placet Hieronymus  
patriam, vt quod nos scimus, posteros haud lateat.

Venceslaus rex Bohemiæ, Sigismundi frater. Caroli quæ  
Romanorum Imperatoris filius & hæres, ministri offensus vobis  
è mensa consurgens, arrepto pugione amicum interfecit. Alex-  
ander Macedo, correpto telo in Clytum per mortem charissimi  
minis, iræ suæ satisfecit, sibi se non satis fecisse pœnitentia  
docuit. Melior itaq; Alphonsus vtroq; qui primo iactu  
motui, vt homo succubuit, sed in secundum vt rationalis homi-  
peruicit, ac paruulos suos, vt ait ille, illisit ad petram.

Sigismundus Imperator conuicianti Baioratio credidit  
colaphum incussit, mox pœnitentia ductus, debitum omni-  
persoluit. Modestior rex quam Imperator, sed fortasse mo-  
tam huic equiti regis modestia, quam Baioratio Cæsaris in fa-  
taris fuit.

AEN. SIL. COMMENT. LIB. I. 105

Si sine literis esset Alphonsus, liceret coenanti sibi, ut asino coronato, quietem expetere. At docti regis nullam vitæ partem quietam esse fas est, nisi quam sibi somnus vendicat.

Quid faciat in suos ciues Alphonsus, cum etiam in hostes pius sit.

Misericordem regem vnum vel hoc factum Deo optimo & maximo proximum facit. Verum cum victoriam rex abhorreat, foeditate & crudelitate partam existimandum est. Neq; ijs cum auxilio esse, qui bella per omne nefas gerunt.

Cum Neapolim in arce noua de pace Tusciae, deq; mitten-  
do in Albaniam Picinino per hos dies ageremus, studiosum T.  
Liuji regem animaduertimus, quem saepè testem citavit, dum ca-  
uendum esse diceret, ne primam belli fortunam aduersam expe-  
rirecremur. Nam praefagium finis ex initio concipi solitum autore  
Liui attestabatur.

Sigismundi Cæsaris proverbiu[m] fuit, Ignarum esse regnam-  
di, qui simulare nesciret. Vera ratio, nec vultum nec animum  
mendacio obtengentem regem probat.

Simili liberalitate vsum regem accepimus in pauperes pres-  
biteros, qui diuinam rem primum faciunt.

Friderico Celeiæ comiti, qui ob amorem concubinæ uxo-  
rem interfecit. Atq; deinde inter scorta vitam turpissimam agens  
ab hinc anno proximo vita decepsit, ait ex amicissimis annum iam 1455.  
supra nonagesimum agis, nec minus voluptati seruus, quam si sis  
adolescens. Age iam demum moriturum te scito, atq; de sepul-  
chro cogita. Cui Fridericus istuc, inquit, ago. Nam sepulchrali  
marmori hoc epigramma insculpendum statui. Hæc mihi porta  
est ad inferos. Quid illic reperiam nescio. Scio quæ reliqui, a-  
bundau[er]i, bonis omnibus, ex quibus nihil fero mecum, nec quod  
bibi atq; edi. Quodq; inexhausta voluptas exhaustit. Tum amicus  
Sardanapalli Epithaphium, inquit, memoras, quod Aristotele te-  
ste, non homia[re]s, sed bouis sepulchro inscribendum fuit.

Ex ducibus transalpinis vnum nouimus qui singulis die-  
bus venientibus facile præberent aditum, non quidem iuris di-  
cendi aut administrandæ iusticie cupiditate, sed vt munuscula ipse  
tolleret,

106. IN DIC. ET FAC. ALPH. REG.  
tolleret, quæ ad curiales ferebantur. Nec tres duosue nummos,  
quos vocat Bohemicales, è manu pauperis auferre verebatur.

Hetruria nec agrorum amœnitate nec virtute vitorum  
centiæ agro cedit. Ea nunc vastatur, non gemitu regis egemus,  
sed voluntate quam dicas eum in Surrenti nos habuisse, cum pa-  
cis & belli potens sit.

Aut noscere per sese regem omnia optauerim, qualis Al-  
phonsus est. Aut adeo dementem esse, vt catena constrictus con-  
siliariorum arbitrio regatur.

Fridericus Imperator Viennæ & in Noua civitate Anthonia  
arcis magnificè instaurauit. At Sigismundus olim Budæ Cate-  
rum Alphonsus & noua quæcunq; viderim opera & vetusta fe-  
runt, neq; Darij regiam Neapolitanæ arcis comparanda  
fuisse putarim.

Franci quibus rex esset sola purpura & diadematæ confi-  
cuus, illi crines totonderunt, & retruso in monasterium nebula  
ne, autoritate Zachariae Romani pontificis Pipinum subtili-  
runt, quem non vestis aurea, sed spectata inter bonos moderans  
& autoritas regio culmine dignum fecerat.

Aduitor asinario rex factus, nonnullos Campaniæ populi  
sibi conciliavit. At si Senensibus opem tulerit pacemq; laborum  
Tusciae dederit, & illius prouinciae & vniuersarum Italie ciuita-  
tum tutor & pater appellabitur,

Quos lætitia & crudelitate territos subegeris, vt metu-  
semper necesse est, quos tua tibi pietas misericordiaq; conciliaver-  
it, perpetuò fidos inuenias.

Hugoni Senensi, quem nostra ætas medicorum Principem  
appellavit, vxor fuit nomine Ladia ex familia Sozinorum.  
qua frequens virtus, forma rara. Hanc Hugo quod deformis.  
Ladiam bonam vocitare solebat, atq; omni patrimonio puerum  
quam coniuge maluisset. Itaq; potest amari deformis, mala gen-  
potest. Crispini fortasse nec morum suavitas, neq; forma fuit.

Armatus rex iusti belli causa dum contra Florentinos Ve-  
netosq; exercitum ducit, occurrentibus in agro Pelignensis ha-  
bitum legatis, & se victos profitentibus pacem dedit. At Senensis

antē se superatos fatentur quām rex armetur, & obuoluti pedibus  
cius veniam pertunt. Quippe tanto glorioius his, quām illis rex  
ignouerit, quantō potentiores sunt Veneti & Florentini quām  
Senenses. Nam illis videri potest idcirco pax redditā, quod cœpti  
desperaret. Concessam Senensi populo nemo ex clementia regia  
non profectam addubitat.

<sup>29</sup> Picinino quoq; permolestum fortasse fuerit, Senensibus pa-  
cem reddi, qui mitissimi populi damno, sibi & opes & gloriam  
querit. Sed nec virtuti eius si modestior fuerit & regis imperio  
sele commiserit, aut locus aut honor deerit.

<sup>30</sup> Regum primogenitus, qui reges futuri sunt, non ab re huius  
regimen ducatus committitur. Nam cum Calabrorum ineptias  
experti fuerint, easq; tolerare didicerint, aliorum populorum faci-  
le mores ferent.

<sup>31</sup> Alphonsi, quæstio recte soluta est. At poterit ne amplius  
quærere, si Deum ipsum velut naturalem sedem appetit, animus.  
Cur tam iniutus eo tendit, quo ire appetit, præfertim cum hoc  
bono in terris frui nequeamus.

<sup>32</sup> Apud Iulianum sancti Angeli Cardinalem doctissimum  
atq; integrerrimum patrem, Flauianis supra Danubium, cui ciuitati  
nunc Vienna est nomen, cum coenarem, suisserq; de Basiliensi  
concilio multus sermo, & inter coenandum terram moueri in-  
tueremur, discumberetq; simul Ioannes cognomento amicus a-  
grippinensis legatus, qui diceret surgendum ē mensa & in pa-  
tentibus campos abeundum. Bono animo, inquit, Julianus o amici  
estote, de synodo Basiliensi locuti sumus, quæ omnem ecclesi-  
am tremesecit, non tamen illisit. Ita nec nos terræ motus iste con-  
sternauerit.

<sup>33</sup> Caspar schlik, qui trium Cæsarum Cancellerius fuit, optare  
se dicebat, omnes reges aliquando primitos pauperesq; fuisse: neq;  
enim satis miseretur, qui nunquam fuit miser.

Gloria certè longe maior est seruati quām cæsi hostis, tan-  
toq; triumphus illustrior, quanto plures reliqui sunt, de quibus  
triumphetur.

Magnificentissimos eos fuisse ludos ex Friderico imperatore accepimus, qui eo praesente per sacram hebdomadam editi sunt, annum post iubileum altero. Nos autem ludos, quos Gallici personagia vocant, mirificos & nusquam similes Lausanne vidimus, quæ ciuitas Lemano adiacet lacui.

Pharmacum securus Alexander accepit, paratum à Philippo medico, quem corruptum auro Perfico scriperat Antipater, vires medicus, ille arte, hic familia, suspicionis periculum incidit.

In Fridericum Cæsarem tertium cum nonnulli dicta probrosoa iactassent, referentibus aulicis. An nescitis, inquit Fridericus principes quasi signum ad sagittam expositos esse. Turres quidem fulgura præaltas feriunt, humilia testa prætereunt. At nobilium bene agitur, si verbis tantum impetratur.

### Hypocrita

Caspar Schlichius, abiturumq; sese aliquando in loca dicebat, quæ hisce hominum monstris vacua essent. Cui Fridericus, vita Sauromatas ergo, inquit, & glacialem oceanum tibi cundum ell. sed cum eo veneris non omnino carebit hypocriti locus, si modo & tu homo, non Deus es. Inter mortales enim nemo est, qui non ex aliqua parte fictus fucatusq; sit.

Sermonem habuit coram Alphonso in cena Domini Antonius quidam Siculus ordinem diui Dominici profellus, facto gloriabundus sese regi obtulit, & quasi patrum ex pulpite ganiniusser, nouas de sacramento altaris questiunculas introduxit. Cui rex obsecro, inquit, Rabbi, vas aureum aperuit quipiam in quo ante mensem eucharistiam condiderat, nihil ibi præterversum reperit. Ex auro quod mundissimum puerissimumque fuit, & vndique clausum non potuit vermis nasci, neque ex accidentibus, quæ illic absque subiecto aderant: Ergo ex Christi corpore productus vermis, at ex substantia Dei quid aliud quam Deus prodeat. Vermis igitur Deus, quid tu ad hanc Obticuit monachus. Nos qui eramus in corona, Theologicas ab rege scholas haud frustra visitatas fuisse cognovimus.

Nouitate gaudens Italia nihil habet stabile, nullum in ea  
verus regnum, facile hic ex seruis reges videas. Picinimum lanionis  
filium, quasi regem nostra ætas venerata est. Dès illi rei militaris  
peritiam. At inter homines, qui vel fugere vel capi, quām mori  
malunt, Ioannem de Hunniad apud Hungaros apud Albanos  
Scanderbechium, apud Bohemos Pogebratium, apud Theuto-  
nes Albertum Marchionem Brandenburgensem meo iudicio  
belli duces egregios existimes, qui cum saepe hostes vicerint,  
nunquam tamen incurvantam victoriam reportarunt.

At milites Italici mercatores videntur, ut equos & arma-  
dederint ut liberi euadant, nimirum mercatorum stipendia me-  
rentur. Regis tamen vera sententia est.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis  
AEacidae similis vulcanaque arma capessas,

Quam te Thersites similem producat Achilles.

At saepius Herculem ex macellario, quam ex Hercule prognatum  
Picinimum repieres.

11. Henricus Goriciæ comes militibus & optimatibus  
fuit. Is duos ex uxore Hungara nobili & prudenti scemina  
filios, quos antequam pueritiam exuerent in thalamo suo a-  
pud se habuit, eosque inter dormiendum media nocte saepius  
vocitare, & an siuerent interrogare solitus erat, quibus tacen-  
tibus (nam altus somnus eos oppresserat) surgens ipse vinum  
ingerebat, illisque recusantibus ac euomitibus vinum, conuer-  
sus ad uxorem. Ex alio concepisti meretrix, neque enim filij mei  
sunt, qui noctem integrum nil siuentes dormiunt. Leonardus  
Felschius nobilis eques, cum in Lipsensem ciuitatem peruenis-  
set, in qua Saxones liberales artes ediscunt, percunctareturque; So-  
brinus fuit qui tum forte illic studij causa degebatur, quidnam &  
quantum profecisset. Homo qui nosset eum & coauditior eius  
fuerit, optime, inquit, se habet amicus tuus. Nam inter mille &  
quingentos qui ad utrius scolares, hic unus bibendi palmarum ob-  
tinet. Neque ingrata fese homo nunciasse putat, Est  
enim mos apud Saxones dum conueniunt, hos primo loco  
ponere, qui plus adbiberint, cumque ludum ad æqualectus

110 IN DIC. ET FAC. ALPH. R.E.G.  
haustus comportionem vocant. Huldricus de noua domo inter  
bohemos proceres, operibus & autoritate facile princeps liberos  
suos, quam primum ablaestatos nouit, ad usum vini exercitus.  
Neq; Australia, neq; Bauaria quæ leuiora sunt, sed Cretensia, Tel-  
lestinaq; & quæ vocant Traminica his ministrari iussit. Inter-  
rogatus à Friderico Cæsare qua ratione id ageret, assuefacti re-  
spondit illi, liberi mei cum adoleuerint, amaracij, vina cœperint  
securi adibiberint, quantum voluerint neq; vino capientur, inquit Fridericus, hoc ipsum Mithridates factitauit. At mihi si Iu-  
lius aliquando fuerit, nisi vinum oderit, eum ipsum oderim. Cæ-  
terum si regum cibus gloria est, vt Alphonsum ait. Ea le gloria  
priuari non finet quam consecutus est Italia pacata, bellumq;  
si quod exoriri timor est, in Turcos vertet, illisq; formidabilem  
sele ostenderit.

Viriatuſ non male Hispanorum Romulus appellatus est.  
Alphonſum vero eiusdem gentis Iulium, et ſi pacem Tuscia redi-  
deret Italorum Auguſtum non ab re vocauerimus.

Haud mirum ſi lecto Curtio rex ægra valerudine lettatur  
est. Nam dum legit apud illum Alexandri facinora, maiorem ſe  
orbis domitorem cognoscit, qui neq; iracundia neq; vino vinci-  
tur, quibus Alexander ipſe succubuit.

Detectum eſſe Vitruvium, qui quo pacto contegamur edo-  
cet, indignum regi viſum eſt. At nec Senenses in teſtos à rége re-  
linqui decet, qui detectos ſibi hostes oſtendere. Dicentem ſepe  
numero Fridericum audiuimus, malle ſe febri teneri, quam ſal-  
tationi operam dare. At Galli vt quam leuissime ſaltent, vefſum,  
quibus nec nates, turpe dictu viſuq; obtegunt, viſum inuenere. Se-  
quitur Hispania Gallicas ineptias. Italia verò damnat, deteſta-  
tur, abhorret. Nam quid turpius, quam ita vefſum eſſe homi-  
nem, vt quaſi nudus pudenda quæq; in propatulo habeat.

Dantem terunt ad ſpectacula duellum, apud venditorem li-  
brorum, quod ex eius taberna ſorū in prospectus eſſet, conſedif-  
fe librumq;, cuius fuifſet cupidus inueniſſe, quem tam auide atten-  
teq; legerit, vt domum rediens iuramento ſirmauerit, nihil ſe vidui-  
ſe aut audire ex ijs quæ in foro dicta factaue eſſent. Verū de muſa  
quoniam

AEN. SII. COMMENT. LIB. I. III

quoniam mentio incidit, referendum est Galici principis exemplum. Conuiuum illi cum optimatibus suis fuit apparatus in horto aestate media, sub opaca vimo, circumquam prouolitanum muscartim agmina in dapes ac vina protuluebantur. Convivæ, quibus animantis sc̄e ditas stomachum moueret, mox ut musca in poculum cecidit, vinum simul atq; animal effudere. Aegre id cernere princeps, iacturamq; vini tacitus indignari. Nam queri palam inter magnos, qui aderant proceres, non est ausus. Sed quos arguere verbo veritus est, exemplo admonuit. Puerum qui se coram flabello muscas abigebat, ventulumq; faciebat cessare, paululum iubet. Interē & in craterem suum grandior musca incidit tum lætus princeps duobus digitis dextram alitis alam apprehendit, & aliquandiu craterem suprà excutiens, ne quid vini secum deferret, in terram proiecit, exemplum convivæ omnes secutæ, noxiū & importunum animal dijs atque hominibus infestum, non mirum si Domitianus ille Cæsar tantopere insecurus est.

Neq; M. Tullij, neq; Vitruvij inhonoratum esse tumulum decuit, cum alter à morte homines tuendo alter à pluvia scribendo protexit. Si modo is Vitruvius apud Formias sepultus est, qui de Architectura librum reliquit.

Pium regem memoras, qui vel saxis Ciceronis pepercit, vtinam eius quæ ille reverentia tanti viri ossa consecratus esset, marmora quæ triumphalis arcus habet, parem apud posteros pie-tatem inueniant. At ego illis timeo in arcis aditu collocatis, op-pugnabit ali quando locus, neq; memoriae magni regis, neque artificio nobili venia dabitur, quando affectum quemuis excludit dominandi cupido, mallem sapientia regis illuc suam memo-riam consecrasiet, vbi solius vetustatis, aut inuidiae metum su-bijsser.

Hecatonis præceptum, quod Seneca magnopere laudat. Si vis armari arma, recte rex attestatus erga Deum non procedere, quem non omnes amant, qui amantur ab eo. Utinam nec Se-nelles hoc dicto decipientur, qui regem Alphonsum vehementer amant, atq; obseruant.

O s Amici

III2 IN DIC. ET FAC. ALPH REG.

Amici regi non minus Senenses sunt, quam Buxurii eque-  
fuerit, salutam ipsius domum Alphonsus voluit, potius quam au-  
umphalem sibi arcum apparari. Salutem igitur Senensem ante-  
ponat Picinini triumpho.

Ageret quām fari sapientis est. Nunquam nūlū cum necel-  
est sapiens loquitur, neq; vana nūlū ponderata mensurātū pos-  
fert. Stulto nullum est tempus sermoni clausū, facileq; re-  
iactat, qui sine consideratione profatur.

Sena verus erit ea vetula confido quām regis gemmae  
bit, sed non amittet gemmam, id est, benefacti gratiam. Nam  
gi & filio, & natis natorum & qui nascetur ab illis, dum statim  
mœnia fidelis & obsequēns erit,

Et in Græcia & in Italia nati educatiq; barbarizant. Nūlū  
quid magis barbarum quām rapto vivere, & omnem æquitatem  
omnemq; religionem proculcare, quem Italicum moorem esse  
demonus.

Ennius, si plerosq; nostri reges contemplatus esset, certe  
non reges sed regones appellasset: Ecclesiæ quodq; prælatos, pre-  
latones vocitasset, qui præter coronas & infulas dignitatibus  
spondeat, nihil ostendunt.

Iusti est Principis non solum afficere neminem iniurias, sed  
eos, qui damna quibusvis hominibus sine iusta causa inferunt,  
possint prohibere. Nam teste Tullio, qui aut non oblitus, si possit  
iniuria, tam est vitio, quām si patriam aut parentes deserat. Eadē  
ob causam eum possit Alphonsus prohibere Picinimum ne Sem-  
sibus oneri sit, ne bello impio pium populum afficiat, nisi id q; iuste-  
iustiam neglexisse caducariusq; non immerito videatur.

Coloniæ Agrippinæ pictor quidam insignis, sed prodig-  
& piger & amator vini, quām plures Christi imagines caupo-  
bus pignori dedit, easq; hoc pacto perdere quām vendere multo  
Interrogatus cur non potius vendexet. Ergo, inquit, me Iudeus  
esse quām Christianum vultis.

Ioannes Gersius VVestualus qui Sigismundi Cæsaris Pro-  
notarius fuit, Alberto Romanorum rege satis functo, Princeps  
Electores apud Francfurdiā adiit, ac ne Fridericum eligeret  
süderet.

AEN. SIL. COMMENT. LIB. I. 113

suadere summopere conatus est, confusa in eum vicia multa disseminans, neq; contentus his : cum Roman Fridericus peteret imperiales insulas suscepturus. Nicolao quinto pontifici maximo epistolas direxit, quibus ne Fridericus coronaretur annixus est, nihil tamen horum Imperatorem latuit, hominemq; cum posset corrigerem atq; interimere, passus est Viennæ vivere partisq; frui bonis, quæ illi non mediocria fuere.

52. Apud reges nihilo magis iuramentum quam simplex verbum valet. Animo enim Princeps obstringi, non alia quatinus arte potest. Sed pudet me plus hodie fidei trans montes quam citra reperiri. Plerosq; ex nostris Principibus, quos Italia genuit, adeo parabolanas, vt ita loquar, inuenias, vt certiora sint meretricum, quam eorum promissa.

19. Alexander, qui ex ducibus Masoniæ erat egregius bibulus, cum mortem obiisset apud Viennam, diemq; illi tricesimum in templo diui Stephani, cui præfuerant canonici multiq; viri nobilis celebrarent, sacerdos quisibundus cellam vinariam præpositæ intrauerat, vidisse se inter dolia deambularem asseruit, & ad Ecclesiam reuersus, cum orantes adhuc compresbiteros inueniens. Quid hic Alexandro inferias, inquit, agitis? Ille in suo templo laetus agit bibitq; vos hic siti arrescitis.

60. Pœnituisse quam plures adepti regni compertum est. At qui literas didicissent, neminem. Est enim doctrina sapientiæ similis, quam omnis anima concupiscit, nulli onerosa, regni molestiæ multos oppressere, quamuis Bononiensium insanìa cuncta regna posthabens, cupiat, cum capitatis periculo vel diem regnare.

61. Apud Bohemos hoc vestigal exigi nequit, apud quos luparia & quævis pacta publica Hussitarum lege prohibentur. Nostris minora mala tolerant, vt maiora quæq; deuident. At bene cum Neapolitanis actum est, quibus hunc regem diuina pietas dedit, quo regnante & ditantur & extolluntur. Memoriam si grati fuerint Alfonso æternam retribuent qui regnorum omnium suorum huc opes contulit.

Finis libri primi.

LIBER

**LIBER COMMENTAR.  
ÆNEÆ SILVII SE-  
CVNDVS.**

## IN PROOEMIVM.



Vi norit Alphonsum nemo te Antoni dixerit adulatum. Si adulari eos tammodo dicis, qui mortalium facta, dictaque pra verum extollunt. Libellus tuus quam elegantissime scriptus est, diminute rama magis quam ampliter regis laudes attingit. Nec miror, quis enim eius regis egregia facienda abunde retulerit, qui annos quadraginta omnium iudicis sapientissime regnauerit. Ego quidem ut de tuo rege iudicium prodeam, omnes qui modo regnant, quicquid regnaturi posse hac fuerint, Alphonsum tanquam speculum quoddam virtutum contueri oportere arbitror. Si sibi gloriam, provincialibus quietem parare voluerint,

Inter fratres qui beatæ Mariæ Teutonicorum, appellantur ac Poloniæ reges de regni finibus magna scepce contentionem cœlum est. Cæterum arbitror Sigismundo Cæsare item extincionem pacem factam, iuratum signatumque, toodus. Anno ab hinc tempore conspirant inter se quinq; & quinquaginta Prutenorum ciuitatis impiaque, contra Dominos arma suscipiunt, & contra fratres universæ rebellant. Tum Cassimirus Poloniæ rex porrionem suum Prussiam esse asserens, occasione oblata bene gerendæ rei bellicæ fratribus indicit. Tanto diu Alphonsi, quam Barbari regnentes usus, quos bello quandoque male afflictos, quam sibi patrique suo fuissent amicissimi, non est veritus armis lacerare.

Ad hanc

AEN. SIL. COMMENT. LIB. II. 115

2. Ad hæc sponsalia contrahenda nos huc ex Austria legati 1452.  
Cæsaris venimus, remq; absoluimus, quamvis collegæ nostri  
Georgius de Populosa, & Michaël de Plena villa aduersi essent,  
qui dotis nomine minus promitti, quām par esset arbitrabantur.  
At Leonora Augusta, sic enim eam vocitamus, regia Neptis hoc 1456.  
anno filium peperit, Christophorum nomine, scitum puerum &  
oris lineamentis Alphonso persimilem, utinam moribus.
3. Aphricanum superiorem, qui vnius virginis pudicitiae con-  
suetus est, non satis à Liuio laudatum arbitramur, quamvis in eo  
facto extollendo nihil obmisisse videatur. Alphonsus Marsiliensis  
omnes virgines ac matronas conservatæ intactas. In agro quoq;  
Vulturnano cum oppidum vi expugnasset, cui Ripa Malerantia  
nomen est pari moderatione in fœminas usus est. Quas igitur  
hunc regi laudes attribuemus? immortales certe. Si Picinimum  
reiquerit, apud quem virgines, ac nuptæ bello captæ contumelia  
afficiuntur.
4. Ratispona super Danubij ripa apud Bajoarios magna & in-  
signis urbs est, hic sancti Emerani vetus monasterium cum vi-  
seremus, Abbas qui loco præterat, reconditum nobis ostendit cor-  
pus, quod diui Dionysij Ariopagitæ esse asseverauit. Cum nos  
Dionysium apud Parisios obseruari diceremus, Leonis papæ li-  
teras in medium attulit, quæ testarentur imperatorem, si recte  
meminerimus, ex Henricis vntum, cum regem Franciæ iniunxit  
ac Parisijs ageret, hæc offa furatum hue detulisse, appellatq; san-  
ctus pontifex pium Imperatoris furtum, nos regis pium spo-  
lium dicere possumus, quo sanctissimus Aloisius ex Massilia in  
Valentiam translatus est.
5. Heri aliquot legati regem conuenimus, incidit sermo de  
Philippo duce Burgundiæ, quod votum nouisset contra Turcos  
arma sumere, laudatimus nobilissimi principis animum. Quid  
nam ipse rex facturus esset ad religionem tuendam percunctati  
sumus. Tum ille, si vixero, inquit, in annum proximum classe.  
Turcos in Græcia atq; Asia lacessem. Alphonsus ex sorore nepos  
tex Portugalie in comitatu meo erit, quadringentis & eo amplius  
velis mare sulcabit, in hostium terram quinguaginta milia  
P pugna-

no IN DIC. ET FAC. ALPH. REG.  
pugnatorum exponeamus. Iam tela, iam arma in promptiu  
Tritici modios quinq; & septuaginta millia conscriptissimus sunt.  
ues onerarias triginta expeditissimus, quarum vnam in portu vi  
distis, qua maiorem æuo nostro non tulit pelagus, animus bonus  
est, adhuc modo cum vita bona valetudo. Si propositum rex re  
nuerit, treis orbis partes armatus inuiserit, ac triumphando per  
currerit, Europam, Africam, & Asiam. Idem Cæsar factitius  
At ille contra patriam, hic pro patria pugnaturus est, & pro ca  
tholica ecclesia in qua regenerati omnes sumus.

Nougardia civitas est inter Rutenos amplissima, & auro  
atq; argento abundans. Rutenos non illos dico de quibus Lu  
can. ait. Soluntur flavi longa statione Ruteni. Nam eos inter  
Galliam habitasse constat. Hi Germanos ultra & Sarmatas &  
Lituanos non longe ab ortu Tanais sedes habent, ad quos Ro  
manorum, ducum nemo vñquam penetravit. In medio urbis  
foro lapis quadratus est, in quo rex & quidem stans ius populo  
dicit: sed raro regia potestas in annum apud vnum manfir, iepo  
in vnam diem duo tresque regnauere. Surgit enim ex populo  
qui clientelis se satis armatum existimat, Regemq; deturbans ar  
pide, locum eius inuadit, atq; euestigio rex salutatur, haud absim  
lem & ipse casum subiit, si quis se fortior aduentarit regni cupi  
dus. Mira diuersitas regionum, Septentrio suos inhonesta reges,  
Meridies non alienos tantum, sed etiam hostes honorat.

Fridericus imperator extra coenam nunquam vititur vino.  
In coena lectissimum bibit, & id aqua perdomitum. Leonora  
Augustæ quæ paterna in domo nunquam vinum gustasset, studie  
bant medici in Germania regione frigida, si mater fieri vellet vi  
num biberet, quod cum accepisset Fridericus, me vocato, abi, lo  
quit, atq; Imperatrici dicio sterilem me coniugem quam vino  
sam malle. Proinde me si amat, vinum oderit, ad id nuncium  
Leonora, & si viri iussioni tam libenter pareo quam vino, si tam  
vini usum mandauerit imperator mori optauerim, quam parcer.  
Teutoniae regibus, qui ad imperium eliguntur apud Belgas  
in Aquensi ciuitate mos est coronari atq; inungi. Huc dum Fr  
idericus iam electus properat, Albertus frater eius iunctis cum  
Comi

Comitibus Celiæ viribus Carnos injudit, Labacū insigne ac mu-  
nissimum oppidum obsidione cingit, Cramburgenses infestat,  
Tergetinis, se nisi dedant exitium minatur, apud Carenthanos,  
apud Stirienenses nouas turbas excitat, Seniores qui apud Erne-  
stum patrem imprimis accepti, ac fideles fuerant, Friderico su-  
dēt patrimonij quām imperij curam maiorem gerat. Imperium  
rem communem, alio tempore curari posse, patrimonium rem  
propriam, & ad hæredes transiit, nisi nunc tueatur, frustra in  
posterum oprari quæriq;. Contrā Fridericus imperij communia  
negocia per se hæreditaria & priuata per procuratores curanda  
statuit. Coeptumq; iter prosequens belli duces elegit, qui se ab-  
sente patriæ consulunt: coronatus dum reuertitur, fratrem cum  
comitibus profligatum reperit ad levocationem temeritatis fraterni  
hospitij & amoris arguens, rursus in gratiam recipit, & quasi ni-  
hil peccasset, in partem regni restituit.

Mulierem, quæ in dies quadragesima totidemq; noctes nihil  
omnino ederet se vidisse Patauij magnus Albertus scriptum reli-  
quit. Neq; id contra naturam esse in foena ægrotante & frigida.  
Verum sub Nicolao quinto pontifice maximo ex ultimis Gallias  
rum finibus presbiter Romanum venit, qui se in quadriennio nullo  
vsum cibo asséreret, nisi cū aliquando ab episcopis in uitatus pau-  
lulum quid degustasset, inediæq; suræ in multos dies si quis optasset  
periculum faciebat. Hic dum Senis esset Leonardo nostro Imo-  
lensi Romanam se curiam peritutum ait, scandalumq; ibi passu-  
rum non periculum: cum venit Romanum dies illic multos fuit,  
admirationem sui turbis fecit, quasi sanctus & Deo charus. Po-  
stremoni captus virgisq; cæsius in exilium est actus. Suspectum est  
enim quicquid prodigiosum.

Comites de Vürtembergō apud Germanos in Suevia latè  
dominantur, quamuis principatus honore & appellatione care-  
ant, potentia tamen multos principes antecedunt. Ac insolentes  
& improbi habentur, qui neq; Romanam sedem verentur, neq;  
obsequuntur imperio. Nobilis quispiam qui hos diu se statutus fu-  
isset ab eis tandem recedens ad curiam Cæsaris profugit. Henr-  
icus tum septimus imperabat, avus Caroli quarti, qui Sigismundi

pater fuit, nobilis conspectu Cæsar is quotidie accusare comites, nunc rebelles nunc raptore s appellare, hostes imperij, contemporanei ecclesiæ. Cui Henricus, tace, inquit, ueterator, neq; lalandi tibi, quos scimus pessimos, neque uituperanti, quos in olim sequebaris fidem habemus.

Ludouici Pontani & Nicolai Siculi bella legatio & dignitudo tanto principe nisi discordes animæ & inuidia laborantes, neq; Regi neq; Concilio utiles exitissent: fui mus & nos Basileæ, notumq; nobis est, non minus occupatam fuisse synodum ad recociliandos inter se regis legatos quam ut Bohemos ad ecclæ catholicæ consensum reduceret.

Antonius S. Marci Cardinalis Eugenij quarti summi prelatis nepos, incredibile est quam multa numismata veterum conquisierit imperatorum ac principum, amator & hic vetus aristæ. Nobis Alfonso cum essetius apud se Puteolis, ait inventum esse Neronis aureum nummum, quo pessimus imperator tam fuisse laudem usurpauit, qua diuus Augustus in coelum tollitur. Clavis templum quod vereres Iano dicauerunt, damnabatq; sapientibus rex stultum principem, qui sibi falsam gloriam vendicabat. Non est igitur Antoni cur vel tu, vel ego, tanti regis gratiam consequi mentientes speremus.

Bartholomæum Facium, qui gesta regis scribit, non mirum imitatum esse in genere dicendi C. Cæsarem, quando eius commentaria regi tantoperè placent. Verum Lituaniæ ducem Suetonius galum nunquam e domo pedem mouisse aiunt, quin dispensatorem percontaretur, an librum quem sibi de arte Popinaria accutissime componi curauerat, secum afferret, quasi Apitus exultarum cultor epularum. Cœna apud eum non minus sex herorum fuit, nec fercula minus quam triginta & centum allata sunt dum ligurit. Itaq; occidentales reges Septentrionales edunt.

Quod iubet alternatim Plato, Alfonso copulatum impuler, qui & literatus est & homines amat literatos. At rara in terris avis. Nam seculo nostro omnes fermè reges Nursini videntur, qui lectorutos (sic enim literatos vocant) è consilio procul

Vences-

16. Venceslauim Bohemiarum regem inter purpuratos stros crebro  
serinone usurpare solitum serunt. Ego si me deripiendis vrbibus  
Italiorum fors praesentem dederit, cæterarum rerum prædam militi-  
bus impariar, vini tantum apud mea spolia reseruabo. Si quis au-  
tem in cellam vinariam iniussu meo fuerit ingressus, gladio ferie-  
tur. Hunc Principes Electores velut inertem atq; socordem im-  
perio deiecerunt, Ruperto Baioario in locum eius suffecto, ad  
qui ciuitates Teutoniae omnes defecere demptis Norinbergen-  
sibus, qui Vverceslao iurassent. Hi cum hinc iusfirandi religio-  
nem vererentur, inde vim Baioarij timierent, legatos ad VVences-  
laum mittunt, qui se iuramento solui petunt, ac si necesse sit auri  
vigitri millia nummum in eam rem offerunt. Rex auditis legatis  
liberos Norinbergenses dicit, si currus quatuor tradant onustos  
vino, quod Baccharacense vocant, hoc est inter Rhenensia vina,  
vt putant, optimum.

17. Ab eo principe, qui muscam è cratero, vt ante relatum est,  
propriuit, petijt quipiam filiæ quam haberet vnicam, aureos vi-  
ginti quibus eam nuptui traderet. Sibi enim non esse vnde corra-  
dere dotem posset. Id vbi negatum est, ad vicinum regem com-  
mendatias literas impetravit, quas vir bonus & nobis amicus  
dictavit, signandasq; Principi tradidit. Cui Princeps vnde papy-  
rum sumpsi. Ex tuo inquit amario. Tum Princeps, siccine me,  
air, expilatis omnibus. Si sic bona nostra prodigemus, ad men-  
dicitatem breui redigemur. Malè hanc diem expendimus.

18. Pudeat Italæ sacerdotes, quos ne semel quidem nouam le-  
gem constat legisse, apud Thaboritas vix mulierculam inuenias,  
qua de novo Testamento & veteri respondere nesciat,

Si viuius triremis liberandæ causa in qua ducenti, vel paulo  
plures perire homines poterant, ingenti periculo se se rex subiecit,  
quid faciat pro beati Petri nauigio? cum quo nisi procellam Tur-  
corum evaserit Christianam perire societatem oportet.

Vitoldus dux Lithuaniae læse maiestatis reos vrsorum pelle-  
consutus, vrsis quos domi nutrierat laniando obijciebat. Cuius  
seuericatem ne dicam crudelitatem adeo prouinciales extimue-  
runt, vt cum dixisset aliquando duobus pluribusue, Ite otius ac  
laqueo.

laqueo vos appendite, nemo imperium recusaverit, auditus pro nonnunquam, sit qui currens hortatus alios, eamus quam pro peranter, dixerit, ne bilem domini comimoueamus.

Fridericus Imp. III, victis bello & vi captis Gunzienibus LXXX. homines qui rerum nouarum ac rebellionis autores fuerant, in patibulum sustulit, reliqua multitudini vitam libertatemque ac fortunas concessit.

Sequebamur Alphonsum ex hospitali beatæ Mariæ in artem regiam, tum forte vir grandæus vultu habituq; venerabilis, regem salutat. Rex autem ad nos conuersus, Sic, inquit, cum ob siderem hanc urbem ad me venit in castra vtq; bono anima essem iussit. Nam circa Calendas Iunias quæ tunc instarent, opido potitus essem, at non diu post futurum esse anceps præsum ait, in quo dux exercitus caperetur, meq; commouit, ne illi pugnae interesse. Prima vaticinij sermonis pars impleta est, quarto nonas Iunias Neapolim in potestatem redigi. Copia nostræ atq; Antonij Caudolæ in agrum Capuanum conuenerunt, dubitatum est inter nostros, an prælium committi oportet, quod vitæ nostræ timerent, quod cum ad me relatum est, Ego ea res vobis timorem, inquam, incutit, quæ præstare animu atq; audaciam debet. Induiq; me mox galeam, & signo pugnatō in hostem me conuerti, fregi acies, vici, profligavi, Antonium captiuum abduxī. Nec me vaticinium, nec trepidum confituum amicorum terruit.

Nandi solum peritia C. Cæsar Alphonso superior fuit, qui apud Alexandriam nauicula penè submersa, nando ad clavos euasit. Batauos hanc artem adeò calluisse constat, ut Rhenum qui apud eos latissimus est fluuius armati tranarent, illorum hodie locum Traiectenses tenent, viri bellaces & nandi peritiores quam cæteri Rheni accolæ.

Seruatæ apud Vicarum mulieres regis animum ab his aliis num ostendunt, quæ Picinini patravit exercitus violatis apud Orbatellum nuptis ac virginibus.

Prælijs, quæ inter Christianos acta sunt, corpus obijcer non negavit Alphonsus, Non est igitur cur dubitemus contra Turco

Tuscos cum arma sumpturum, & in tam gloriosem expeditio-  
nem iturum.

25. Albertus Marchio Brandenburgensis ( quem Teutonicum Achillem non ab re vocant ) cum accepisset Nurenbergenses octingentos equites, ac sex millia peditum in agrum eius præda- tum misisse, apud fluvium quem illi transmissuri erant, equitibus atq; peditibus vno duntaxat loco vadabilem sagittarios inter ar- busta ducentos collocat, qui equitatū prætermisso pedites vado- areant. Ipse cum sexcentis equitibus proximo in nemore latitat, missisq; hostium equitibus, mox sese ostendit. Steterunt vtrinq; acies medio trecentorum ferme passuum interuallo non sine tre- pidatione. Tum Marchio cum duobus comitibus apprehensa lancea in hostem aduolat. Occurrunt totidem sibi ex hostibus viri fortes. Marchio equitem eum, qui sibi obuius fit medium transfudit sternitq; at comitibus suis, ab his, cum quibus con- gressi fuerant prostratis, ipse in hostium turmam solus crumpit, modo istum, modo illum conficit, stragemq; non parvam effi- cit, donec ad signa peruadat. Illic centum in eum gladij nudan- tur, & cum punctum cum ferire circumuentum nequeant, ignari quisnam tanta auderet, cæsim rem agunt. Ille amplexatus vitroq; brachio vexillum, nusquam honestius quam hic moriar, inquit. Dum solus haec agitat reliquus exercitus suppetias occurrit, et ver- sis in fugam hostibus semianimum ducem apud vexillū comperit confractum quassatumq; hostes aut cæsi aut capti fuga admodum paucos eripuit. Pedites apud fluvium impediti nulli interim usui fuerunt. Hæc nobis & Albertus ipse cum simile noua ciuitate Austriae Viennam pergeremus, & alij quamplures viri graues re- tulerunt, dignus Albertus, qui prope Alphonsum nomen habeat.

26. Presbiterum aiunt, montis Calvi, qui Viennæ imminet, cum ad meridiem usq; bibisser, dormire usq; ad occasum solis consuef- se, experustum verò ad Ecclesiam ire, ornare altaria, sacerdotalia vestimenta sumere, campanaq; plebem citare, vt qui Missam ce- lebrare instituisset. Interrogatus cur tam sero rem diuinam age- ret, versum ad occidentem, quem putabat orientem esse, per- constantibus respondisse fertur, Imò verò subdubito an tam mane celebrare

celebrare liceat ante exortum solem. Nam quamvis aurora rutilat, non tamen diem dicere possumus, nisi solis orbis super horizontem eluceat.

Ingolsta-  
dienis.

Ludouicus Baioariæ dux, quem Basileæ Nurenbergæ vidimus, struma ingenti gibboq; deformem, ac facundum & audacem, aduersus Ludouicum patrem impia arma mouit. Necessitus est venerandum & grandærum senem dura & miserabilis obsidione vexare. Sed correptus vehementissima febre, ante diem suum obiit, quam patrem possit in vincula coniijere. Neque enim aduersus paterna iura impune cædit, neq; longeui sunt in per terram, qui parentes inhonorant. Infamis ætas nostra, quæ non Ludouicum hunc tantum, sed alterum Ludouicum Franciæ Delphinum & Alphonsum Castellæ primogenitum in patres amatus vidit.

Vdalricus Ciliæ comes hoc anno cum Johannem Humdem regni Hungariæ Gubernatorem alloqui cuperet, neque illi recusaret, si apud se in castra conuenirent. Non ego, inquit, Pater ille ceps ex Principe, altaq; familia natus ad te veniam nouum hominem, & nostra demum ætate nobilitatum. Cui Ioannes: Non inquit, tuis maioribus, sed tibi me comparo, quanquam neq; illius lumen posteritati meæ comparaui, quam illi, qui ad te dereliquerunt. Atq; vt in te Ciliensis comitatus turpiter extinguitur, iam me gloriose Bistricensis exoritur.

Fridericus Marchio Brandenburgensis, qui contra Bohemos sub Iuliano Legato apostolico fortè & numerosum exercitum, conditurus testamentum quatuor ad scilicet filios eius eruit, Ioannem, Fridericum, Albertum & alterum Fridericem, Ioannemq; quod is natu maior esset, in hunc ferme modum allocutum fertur. Primus ego, vt nosti, dignitatem Electoratus Imperij in nostram familiam adduxi, cum essem Sigismundo Cœli admodum familiaris. Nunc vocat me suprema necessitas, capi mihi est, ne tantum decus in domo nostra vilescat, tibi, ut video, quietis & tranquillitatis est vnicum studium. In Electoratu præter curam & assiduum laborem nihil inuenias, eam ob causam, q;

tua voluntate id possum, Marchionatum Brandenburgensem cui  
ius eligendi Cæsarem est, concessum Friderico, qui tibi ætate suc-  
cedit, quiq; & vigilantior, & ad labores durior, quam tu vi letur,  
testamento relinquam. Tibi Voilandiam, Alberto quicquid  
Franconici iuris possideo, & alteri Friderico partem Misniae.  
Cui Ioannes, existimau pater ante hunc diem chariorem tibi  
multo quam me Fridericum esse, cum illi saepius blandire, neq;  
id ferre non ægre potui. Nunc sententiam muto, & te pa-  
ter amo coloq; qui mihi ociūm, illi negotium suprema vo-  
luntate dimittis. Ex Ioanne hoc nata est Ludouici Mantua-  
ni Marchionis vxor, inter matronas nostri seculi forma & mo-  
ribus præclara.

30. Ioannes Rudolphi regis Bohemia filius, Alberto Romano-  
rum imperatori patruo suo subiratus, qui petenti sibi partem  
Austriæ non statim annueret, cum non reperiret, qui prece vel  
pretio tantum principem occisurum se promitteret, ad patru-  
um sese contulit, & amicitiam vultu præferens transeuntem apud  
Heluetios Rhenum consecutus, ibiq; eum pugione transfodit  
incautum. Mox poenitentia ductus ad Clementem V. Rom. Pont.  
qui se absoluere Auennionem perrexit. Ille tanti sceleris autorem  
ad Henricum VII. Romanorum Imperatorem remisit. Imperator  
rerum apud Pisas in monasterio Augustinenium agere poeni-  
tentiam iussit. Ibiq; Ioannes mortuus ac sepultus est. Nos cum  
Leonoræ Augustæ à Friderico Cæsare obuiam misi essemus, tu-  
mulum eius inspeximus.

31. Bernardinum Senensem quem Cœlicolarum numero Ni-  
colaus quintus Pontifex maximus adscripsit, inter concionan-  
dum fabulam huiuscmodi referentem audimus. Accepit ex  
villico matrona quædam nobilis recentia cerasa, quæ in thala-  
mum reclusa maiori ex parte cum ossibus ore auido atq; hianti  
manipularim voravit, coram viro deinde allatis quæ residua  
fuerant cerasis, prius quam vnum comediceret terq; quaterq; mo-  
rdir. Quærens ex villico, quo modo cerasa ruri ederen-  
tur. Cui villicus, qui per simulam vorantem fœminam con-  
templatus esset. Quo tu, inquit, mulier paulo antea sola in thalamo  
Erubuit

124 IN DIC. ET FAC. ALPH. REG.  
Erubuit mulier, Bernardinus eos bene vivere aiebat, qui que-  
cunq; agerent aperta dijs atq; hominibus esse putarent,

Puellam balnearum custodem perdite amauit Albertus Ba-  
ioariæ dux, atq; vt voti compos fieret matrimonium promis-  
Cumq; de laudibus mulierum se coram aliquando esset sermo,  
illamq; nemo nominaret, aut inuidos purpuratos suos, aut for-  
marum ignaros existimatores appellauit, qui vxorem suam pre-  
terissent. Verum illam Ernestus Alberti pater apud Strubingam  
in Danubium præcipitauit. Indignum profecto facinus obno-  
xiam filij, puellam quæ nihil peccasset, neci datam. Verax igitur  
Strabo, qui potentiores commoditatem, ius esse diffiniuit.

Coenantibus apud Angliam prælatis ac Baronibus miniis illis  
genibus officium suum faciunt. Apud Germanos, nec impera-  
tori nec regi tantum adulationis impendunt, prandenti præ-  
dente domino famuli, duobus tribusue, qui vel vina vel cibos ap-  
ponant expectantibus.

Audiui Fridericū Imp. sæpen numero dicentem, ex ijs, quæ  
extulisset quam paucissimos gratos fuisse, Idq; muneribus, sicut  
datum esse, vt ex fidelibus infideles fierent.

Aduersus Albertum Marchionem Brandenburgensem o-  
mnes superioris Germaniae ciuitates adiuuandos Nurenberge-  
ses statuerunt, quibus ille bellum indixerat. Cumq; numerosa  
exercitus instrueretur, interrogauit quispiam vt quid tantum po-  
pulum aduersus unum principem & eum quidem non ditius  
cum armarent. Cui unus ex primoribus ciuitatum, despis  
quit, homo. In Alberti namq; astutia & fortitudine omnium  
Germaniae principum vires opesq; continentur. Neq; vana vox  
fuit. Septem & decem principes in partem suam traxit Al-  
bertus, ciuitatesq; multis incommodis attritas petere pacem  
coegerit.

Henricus Goriciæ comes, absente qui cellæ vinaria clausa  
haberet sitibundus ostium calcibus inuasit, arguenteq; eum Ipho-  
bo de Turri, qui secum nutritus erat, vtq; se finiter frangere  
repagulum orante. Tace, inquit, me sitis, non te cur-  
ciat.

A Turcia

38. A Turcis modo captos redimere Christianos non liberale modo, sed pius opus sanctumq; fuerit, quod tunc futurum sperauerim, si classem ut promittit aduersus Mahumetem Alphonsus duxerit, simulq; terrestres copiae in Turcos ierint.

39. Homini agresti, qui ad Nundinas Nouæ ciuitatis Austriae veniale triticum aduexerat, dum parumper ad caupones diuertis-  
set, equorum alter ex biga subtractus est, furti querela ad Fridericu-  
m imperatorem defertur. Iubetur actor reum nominare.  
Is sibi de furto constare ait, in ciuitate regia facto, surem ignorare  
haerentibus in coniectura consiliarijs, si forte in suspicionem quis-  
quam veniret. Mirum, inquit Fridericus, cur etiam alterum e-  
quum homo non perdidit, tot sunt hodie in hac vrbe equites,  
qui equis indigent. Tum rusticus equa est altera o Cæsar, quæ  
atq; in omnes vrbis viculos discurrito, subtractus equus in aliquo  
stabulo latitat, qui cum iugalem equam senserit, mox hinnitum  
dabit. Paruit homo, eoq; nacto furtum compertum, agrestis,  
quod suum erat recuperavit, sur poenas dedit. Omnes igitur qui  
iuri dicendo præsunt non tantum iustos, sed etiam prudentes &  
peracutos esse. Zisch Bohemus qui coetus Thaboritarum du-  
ctauit exercitum, villam quandam in Austria cum diripuisse-  
tus inuenisset armenta. Nam illa in insulam Danubio cinctam  
transflecta fuerant, conquisitis à proximis vilis duobus vitulis  
totidemq; suis, eos è regione insulæ tam diu verberari iussit,  
donec mugitum, grunnitum, vaccæ suesq; exaudientes ad ripam  
suam tranarunt, quibus interceptis prædam non modicam abdu-  
xit, atq; ita docuit ingenio non minus quam viribus res milita-  
res geri.

40. Iacobus Archiepiscopus Treuirensis princeps elector, vir  
industrius ac magni consilij, sed multum cupidus, & ad extollen-  
dam ecclesiæ sua potentiam nimis attenus, anno ab hinc secun-  
do Fridericum Cæsarem apud Nouam ciuitatem cum adiisset,  
& alia atq; alia petens, impetrasset, pluraq; petendo instaret. Si  
non facis, inquit imperator, petendi finem, ego negandi prin-  
cipium inueniam.

Theodoricus Coloniensis ecclesiæ pontifex prudenter & autoritate inter electores imperij facile princeps, Quæreni Sigismundo Cæsari, quo nam pacto felicitatem consequi posset, Inter mortales ait, frustra requiris: petenti rursum ad cœlestem illam quo itinere pergeret. Recta, inquit: instanti tertio, quid agens rectâ vaderet, Si vitam tuam ita institueris duxerisq; respondit, ut facturum te promisisti, dum calculus, aut podagra, siue alia valetudo acrius te opprescit.

Vellem audisse quid nam dixerit Andreas, vbi Panormum rediit viso rege. Ego cum hinc abiero, si quis me roget, quæ apud Neapolim, scilicet, digna memoratu viderim, quatuor in primis respondebo. Neapolim, scilicet, splendidam urbem, salubritatem aeris, portu, templis, ædibus, agris, equis armisq; apud Italos nullam secundam. Arcem regiam, quam Nouam vocant, amplitudine formaq; cunctas superantem, multasq; rarae magnitudinis naues, quæq; maria sulcasse aliquando memorentur. Et cui talia quadrant, Alphonsum Regem adjiciam. Et quinto loco, si quis audi-repetierit, sacrum illum diui Ianuarij cruorem, quem modo concretum, modo liquatum ostendunt, quamuis ante annos mille ducentos pro Christi nomine sit effusus. Postremò Ba-tum Cumarumq; & Puteolorum rudera subiectam, quæ Ro-manam videntur æquare ruinam.

Alberto Austriæ duci, qui mortuo Sigismundo Cæsare, cuius erat gener, regnum Hungariæ ac Bohemiæ eum Romano imperio suscepit, cum princeps amore ciuium tutos esse oportere idq; solam innocentiam præstare diceret, & fida custodia, respon-dit sacer, infortunium excludit.

Alberto Ladislai patre vita functo, & Bohemi & Hungari Fridericum Cæsarem sibi regem petiuerunt. Quibus ille, absit à me inquit, scelus hoc, ut patrueli meo paternam hereditatem auer-ram. Fridericus quoq; Marchio Brandenburgensis princeps elec-tor à Polonis in regem vocatus, Casimirum, inquit, habens mortui regis fratrem, hunc requirite quem successio regem fecit. Quem si fortasse tædet regnare ad me redire. Recusauit & Al-bertus Baioariæ dux oblatum Bohemia regnum, ne Ladislaus excluderet.

excluderet. Hanc nos temporibus nostris apud Germanos Principes moderationem & vidimus & memoria dignam censuimus.

<sup>44.</sup> Quarenni Leonardo Benevolenti collega nostro, quo iure Picininus agrum Senensem inuasisset. Militari, inquit Buccardus comes. Nam bello laceſſere omnes licet, quibus obligati non sumus. Athocius summa iniuſtitia est. Decet itaq; regem, qui nihil præter rationem & iuſtiam prouinciarum præſides etiam se iubente vuli facere, Picinimum prorsus deferere, bonarum legum, & tortius æquitatis euersorem.

<sup>45.</sup> Milites, qui otij gratia curiam sequerentur, ſemper in nego- cio futuros aiebat Sylvester Chiemensis episcopus, niſi ſeſe tandem vel cum periculo capitis inde amouerent.

<sup>46.</sup> Laudanti eum ſupra modum, & dijs perſimilem eſſe prædicanti cuiquam alapas Sigismundus non paucas incuſſit dicen- tis illi, cur me cædis? Cur me mordes? ait.

In idem Caput.

Friderico Romanorum Imperatori Amadeus dux Sabau- diæ, quem Clerus apud Basilæam congregatus Eugenio quarto a ſummo Pontificatu deſpoſito, in illius locum ſuffecerat, Felicemq; Papam quintum vocauerat, filiam quam domi habebat viduam iuuenem & forma præſtantem in matrimonium obtulit. Si- mulq; dotis nomine auri numimū ducenta millia, si Eugenio religio Petri ſuccellorem appellaret. Horruit Cæſar minimeque Sacramento ſuo, Eccleſiae Sacra menta foedare voluit. Atq; ad ſuos conuertus, vendere, inquit, alij pontificalia ſolent, hic liben- ter emat, ſi reperiāt venditorem.

<sup>47.</sup> Cum accusaſſent purpurati apud Sigismundum maledicen- tiam Germanicæ multitudinis, que de iuo Princeps paſſim oblo- queretur. Subridens Imperator. An vobis, inquit, graue videtur illos male loqui, cum nos male agamus. Cumq; quidam ſe ci- uem Budensem diceret, ſibiq; tanquam membro parcendum ar- bitraretur. Et putrida, inquit Sigismundus, ſi fit mea manus, ab- feindatur. At a Deo, inquit Fridericus Imperator, cum oro, mi- fericordiam peto, non iuſtiam. Curigitur me ſubditis clemen- tem atq; miſericordem non exhibeam.

Q ,

Qui

Qui duri atq; immires essent principes, his aiebat Fridericus  
Cæsar mortem nimis extimescendam esse. Nam quales se dum  
vixerunt alijs præstitere, tales, cum moriantur in se iudices iauen-  
turi essent.

Quas non didicerunt artes recusant omnes exercere: impe-  
rare, quæ est ars artium omniumq; difficillima, nemo recusat. In-  
terrogatus Rudolphus Cæsar, qui primus in familiam Austriae ira-  
duxit imperium, cur ita fieret. Nou mirum, inquit stultos putans  
qui regnare nesciant, stultum autem sese nemo iudicat.

Michaël Pfullendorfius Secretarius Friderici Cæsaris, qui  
in ecclesia mea Senensi sepultus est. Inter cætera quæ miraretur id  
potissimum esse dicebat. Quod animalia rationis experitia, nullum  
se supra regem ferret, nisi cæteris virtute præstaret. Homines vero  
qui se rationales dicant, ijs sæpe principibus obediens, qui bruit  
quadrupedibus stultiores essent.

Duos pueros miserat Alphonsus Parisios ut litteras di-  
rent. Eramus in arce noua apud eum, cum Ioannes Solerius illo-  
rum epistolas, regi redderet. Vidimus eum miro modo gestio-  
tem, postquam scripsit puerorum lectis proficere eos cognoscere.

Bartholomæus Capranus Mediolanensis ecclesiæ antifili-  
us circa se ministros forma præstantes quæsiuisse dicebat, que-  
am turpes animi turpia corpora incolerent. Improbitatem autem  
in egregia forma perraro compertam esse.

Interrogatus Sigismundus imperator cur apud liberas ciu-  
tates peculatus crimen adeo frequens inueniretur, Idcirco respon-  
dit, quod nudos honores ciuib; commendant populus autem  
ad lucrum in hiato.

Neq; stultis, inquit Fridericus Cæsar delectari possum, o  
superbis esse amicus.

Leonoram Augustam è Pisis iubente Friderico Cæsare Se-  
nas deducebamus, ante diem cinerum, cum solent infanire popu-  
li, offendimus apud Sanctum Miniatum Teutonicum, in agro  
Florentino choream agrestium puellarum, quæ sæpæ saltantes re-  
darent genua, cruraq; ostentarent. Quod cum anima duerit  
imperatrix, eamus inquit, meretricum hic ludus est, non virginum  
VII

AEN. SIL. COMMENT. LIB. II. 129

36. Viētis in Hungaria Gunziensibus magnum, inquit, Fridericus Imperator actum est opus, nunc maius restat, ut, scilicet, vin-  
camus nosmetipſos, atq; auaritiæ, & vlciscendi cupiditati frenos  
imponamus.

37. Seuerum, inquit Cæſar Rudolphus, & immitem, fuisse me  
ali quando pœnituit, lenem ac placabilem nunquam.

38. Beatos esse in terris reges aiebat, Sigismundus Imperator, si  
exclusis superbis mansuetudinis, humanitatisq; cultores in curiam  
aſcicerent.

39. Bernhardus monachorum pater, abstinentiæ præcipius  
magister, cum aliquando, venientibus hospitibus, extra ordinem  
coenasset, idq; discipuli criminis darent, Non ego, inquit, sed cha-  
ritas bibit editq;.

40. Viros & armis & literis claros non solum vocavit ad se Al-  
phonsus, quorum consilio in administrandis rebus veteretur, ijsq;  
abunde prouidit, verum ex curia sua tanquam ex officina viro-  
rum præstantium & copiarum duces egregios & venerabiles ec-  
clesiasticum antistites emisit. Nam & Calistum tertium qui modo  
summi pontificatus cathedram regit, ex Alfonſi schola

ad Cardinalatus honorem maximus pon-  
tifex Eugenius accersiuit.

Finis libri Secundi.

LIBER

130 IN DIC. ET FAC. ALPH. REG.

# LIBER COMMENTAR ÆNEÆ SIL. TERTIVS.

## PRO O E M I V M .

Philosophi.



Egat Ioannes Esernitanus Philoso-  
phum esse Alphonsum quia rex est. Ego icte  
Philosophum esse affirmo, quia regno ponit  
Nam Philosophi mea sententia, non qui facen-  
da dicunt, sed qui dicenda faciunt, habent  
sunt. Qui quum peccare possint, non peccant  
& quemadmodū de Alphonso refers in omni-  
um rerum licentia, sibi ipsis frenum iniiciunt. Abstinentiam  
vita priuata ipsa necessitas parit.

Iuliano Cardinali sancti Angeli, qui Basiliensi consilio pro-  
fuit, libros veterum lexitanti, cum diceret Oddo de varijs. Quia  
tu hic inter mortuos latitas, ad nos tandem qui viuimus exi. In  
inquit, in fama viuunt, tu neq; nomine, neq; re viuis.

Cum vocarent in curiam senatores, Fridericus Imperator  
vtinam, inquit, duas res consiliarij mei in palatijs vestibulo depa-  
nerent. Sic enim & ipsi recte consulerent & mihi inter consulta  
dijudicare facilissimum esset. Interrogatus quæ nam res illæ effici-  
Simulatio & dissimulatio respondit.

Exigenti promissa veterano militi cum diceret Sigismundus Imperator. At immoderata fuit petitio tua: Respondit mi-  
les, poteras negare cum peterem. Nunc sine turpitudine, quod  
promissum est, rescindere non poteris. Tum Sigismundus, si  
duobus alterum me ferre oportet, leuius rerum quam fama in  
eturam subibo.

Ladislaus rex Hungariae ac Bohemiæ quamvis adde-  
puer, cum esset Romæ, non videri sibi ait homines, qui licet  
ignorarent.

Barbarus

AEN. SIL. COMMENT. LIB. III. 131

Barbaræ quæ Sigismundi Cæsaris vxor fuit, ac fatis functa Barbara Si-  
uidua supersticium sibi diceret aliquis imitandum turturis ex- gismundi  
emplum quæ mortuo marito perpetuam castitatem seruaret, Si Vxor,  
me ratione carentes imitari volucres iubes. Cur non columbas  
potius passeresq; proponis.

Gregorius Hanniburgensis scientia iuris ac facundia inter  
omnes Germanos facile princeps, Cum domum ex curia Cæsaris  
in qua diu fuerat versatus reuertisset, atque non longè ab oppido  
Nurenburgensi amicum offendisset, qui vxorem suam viuere &  
bene valere diceret, Si vituit vxor, inquit, ego obij.

Ottacharus rex Bohemiæ cum de pudicitia coniugis fini-  
stra ad se rumores delati esset. Lex, inquit, naturæ est. Cornua qui  
faciunt, ne cornua ferre recusent.

Iohannes Varadiensis episcopus regniq; Hungariae Cancel-  
liarius, tam morum elegantia quam literarum scientia regnicola-  
rum nulli secundus, Cum præfecturas vrbium & prouinciarum  
ad nouos & incognitos deferri homines animaduerteret. Post an-  
num, inquit, videbimus, bonâne fuerit regis electio, quod si mihi  
fides fuerit, probatos adhæc munera, quam probandos potius  
assumam.

Vlrico de Rosis inter bohemos proceres opibus, & autorita-  
te pollenti, cum Sigismundo absenti mortem fratris, & rebellio-  
nem Pragensium significasset, fratrem suum respondit Sigismun-  
dus naturæ tributum soluisse. Pragenses verò sibi tanto glriosius  
soluturos, quanto fortius vincerentur.

Parafitus Alberti Marchionis Cilianus nomine dicenti sibi  
cupiam, Cur te stultum assimulas, cum recte sapias. Heu quam  
iniqua fortuna, inquit, mecum agit, quanto magis studio me fatu-  
um ostendere, tanto prudentior existimor. Contrâ filium meum,  
qui videri sapiens ntitur, stultissimum omnes iudicant.

Legerat Philephus, ut opinor, cum Satyras Alphonso mit- Oppianus,  
teret, quod scribunt veteres de Antonino pio, qui Oppianum poë Caracalla  
tam de natura piscium canentem, per singulos versus aureo num. tempore.  
mo donauit. Vnde sunt illius postmodum aurea carmina nun-  
cupata.

Interea Austriam cum remeafet ex Italia Fridericus imperator, renunciatus est Austriales in armis esse, & assumptis secum aliquot Bohemorum militibus Nouam ciuitatem obsidere intulisse. Proinde caueret ne montes Syriae transmittenret, similiterq; amici omnes uno ore consuluere. Nam fugae cum in Austriam venisset nulla ei facultas daretur. Ad ea Fridericus nec mihi verisimile fit Austriales, ait, eo perfidiæ prolabi, vt me dominum suum exercitu petant, neq; ego is sum, qui fugiam ante ora eorum quin capi vel occidi malim. Exin quid illi petant, nisi Ladislauum pignus hoc, quo redditio liberi sumus, tenerum adhuc puerum inuiti ex tutela nostra remitteremus. At si pergunt petere in medium Australitum, Bohemorum & Hungarorum id pomum debimus, de quo treis deas inter se contendisse fabula Iunonem, Venerem, & Mineruam tradunt.

Pipponem Florentinum ex domo Stroziorum qui cum plurima bella fideliter feliciterq; confecisset, adeò Sigismundus imperator apud Hungaros magnificauit, vt secundum illius regni caput omnes faterentur, pleriq; primum putarent. Dixisse quoque Sigismundum aliquando ferunt, facile Pippo, si velit, scipione in manum meam dato, regni fines egredi me solum ac nudum videntur debit.

Romam cum peteret Fridericus imperator ex praefectis quos Flavianis reliquit certior factus est, Ulricum Eitzingerum, inter proceres Austriae opibus & industria nulli secundum, trans Danubium prosectum esse, ibiq; clandestina colloquia cum Moretus habere, timendum esse, ne res nouaret absente principe. Ere igitur fore. Ulrico cum repiret vincula iniijcere, quibus imperator respondit clarum ac potentem hominem periculorum esse in carcorem rapere, quando neq; nocentem plectere eum, neq; innocentem dimittere audeas. Ulricum deinde quia consiliarius suus esset, iuriurandi immemorem haud quaquam se credere, prius quam experiatur.

Ladislauum Hungariæ ac Bohemiae regem cum educare Fridericus imperator, non desuerunt peruersæ mentis hominem, qui perdendum suaderent puerum, cuius vita ingentes molestias

Cæsari, mors regna, & opes maximas allatura essent. Ad quos ille, ergo me, inquit, opulentum magis regem, quam pium, quam iustum cupitis. At ego bonum nomen cunctis diuinijs antepono.

Ioannes S. Angeli Cardinalis natione Hispanus cum in Austriam sedis Apostolicæ legatus venisset, cognouissetq; Friderici Cæsaris, qui reditus & qui sumptus essent, Rumor erat, inquit Fridericum ad rem nimis attentum esse. At meo iudicio perliberalis est, qui facultatibus sumptus metitur. Cæterum Sigismundus & Albertus qui ante eum imperauit, Bohemiæ & Hungariæ ditissimis regnis præfuerunt, propemodum prodigi principes, largitatem eius obsuscant.

17. Cum diceret aliquando Sigismundus imperator assentatores se veluti pestem odisse: inno, inquit Brunorius Veronensis, nullum genus hominum magis amas. Nam quid apud te possent Marcus Bauus, Laurentius Palatinus, Vrscius Michaël, Caspar Schlikius, nisi assentando tuam gratiam meruissent. Tum Sigismundus, Brunori ait, Sic nam comparatum est cum virandoz mecum tamdiu fuisses, nisi mihi blandiri assuetusses.

18. Anima duerit religiosis quidam prædictor ex ordine minorum Albertum Cæsarem Ladislai patrem, qui sermonem suum Viennæ audiret somno grauatum esse, atq; altiori voce, quæro, inquit, ex vobis, qui astatis, saluari ne principes possint? Cumq; rem dubiam & admodum difficilem reddidisset, apagete namq; si baptizati principes, ac in cunabulis moriantur, non est desperanda eorum salus.

19. Grauida bellis Hetruria laborat, partu diuæ Ferinæ cingulum ex rege petit, Neq; enim aliis est, qui salutem illi clargiri facilius possit.

20. Fridericus dux Austriae Alberti Cæsaris filius, commissarius prælium aduersus Ludouicum Baioarium, qui cum de imperio contendebat, quamvis accepisset Marchiones Brandenburgenses cum hostibus consentire, his tamen promissam antea pecuniam numerat alienam fidem accusare, quam suam requiri præoptans.

Mariam Hungariae reginam cum accepisset vxorem Sigismundus, de quo saepe facta est mentio, principum regni concilium apud Budam actum est. In eo regina perfidiam regulorum accusauit, qui se regno spoliare conati essent. Tunc Sigismundus vna cum iudicibus causa cognita, duos & triginta regulos securi percussit, quæ res multorum deinde laborum & discriminum causa est.

Inter Ioannem Caroli quarti partem & Henricum Carinthiæ ducem de regno Bohemiæ longa & difficilis contentio fuit quo tempore clanculum ad Ioannem venit, qui se veneno hostem occistrum promitteret, si premium speraret, Cui Ioannes, si menescio Henricum interemisset, atq; ad me venisses, crux tibi pœnium futurum erat, qui regio sanguine manus commaculatis, & tu me modo autorem tanti sceleris petis.

Zista homo Bohemus humili loco natus multa vi animi & corporis, sed ingenio prauo, Cum Hussitarum labes Bohemiæ infecisset, ducatum hæreticorum suscepit præliaq; complura aduersus fideles, qui superfuerant, feliciter gessit. Amiserat hic oculum unum in pueritia, dum inter æquales luderet. Altero in obsidione cuiusdam castri privatus est. Sed neq; oculo utroq; cæsus imperio se abdicavit. Sequebantur eum ingentes copiæ, ab eoq; non Bohemii tantum verum etiam Teutones magnis cladibus affecti sunt. Is moriturus cum rogaretur de suo corpore, quid fieri mandarer. Pellem, inquit, mortuo demite, relictique feris cadavere, ex ea tympanum facite, quo in prælijs vitium. Nam vt hostes viuentis aspectum non serebant, ita mortui ionitum non ferent.

Docet Nestor Fauentinus quanta cum Picinino, tum cæteris copiarum ducibus, quos alit Italia, fides habenda sit.

Quamvis omnia libenter audio, quæ vel fecisse vel dixisse Alphonsum tradis, nihil tamen in animum tam cupidè recipio quam responsum illud Ludonico Podio diuinitus datum Regem scilicet pacem dare, non vendere solitum. Nam & nos hunc pacem oraturi non empturi venimus.

Multa Philippo Alphonsus debuit. Ac plura Christo debet, pro Pro Philippo bellum suscipere contra Venetos instituit. Cui pro

AEN. SIL. COMMENT. LIB. III. 135

pro Christo contra Turcas arma non capiat : Maiores Turcæ  
quam Veneti. At maior multo Christus quam Mahumetes.

27. Interrogatus aliquando Marianus Sozinus Senensis utroq;  
iure consultissimus, Cur minus solito literis operam daret. Vxo-  
rem, inquit, duxi. Rutsus interpellatus, cur Socrates postquam  
duxit vxorem, non itidem philosophiae studia neglexisset, Xan-  
tippe ait, morosa fuit, & ut existimo, deformis, mea vero proba-  
et, & formæ non postremæ.

Ennius Senensis qui ecclesiæ Grossitanæ præfuit, antequam  
ponitatem accepisset, in Petrum de monte Licino non incele-  
brem Astronomum, qui cum podograretur incidit, atq; ab eo,  
dum alteram post alteram fabulam recitat, diu retentus, dum  
transuentem notum quempiam vidisset, Age, inquit, o amice au-  
sculta hunc podagricum. Nam meæ audiendo aures ambæ ob-  
tuse sunt.

29. In obsidione Pragensi Principes ciuitatis, qui Sigismundum  
odissent, populares ut obscoena & petulantissima in eum verba  
iactarent, astu atq; arte prouocabant, sic enim futurum arbitra-  
bantur, ut irritatus hostis crucem & quævis duriora supplicia com-  
minaretur obsecris. Illi vero poenam metuentes, obsidionis in-  
commoda constantius tolerarent, quod cum intelligeret impe-  
rator impunitatem omnium, quæ in se dicerentur per preconem  
promisit.

30. Ad Rudolphum Imperatorem venit quispiam, qui Othac-  
carum Bohemiæ regem in venatione sese occisorum promitteret,  
si factu præmium esset. Cui Rudolphus et si noster hostis est O-  
thaccarus, cumq; odimus, non tamen id efficiet, ut iustitia & mo-  
derationis fines transeamus.

31. Inter Philosophos, inquit Hugo Senensis, multas inuenio  
hæreses, quas facile tollas, si de nominis finitione consentias.

32. Albertus Austriæ dux antequam Romanum suscepisset im-  
perium, in Iudeos deseuensi, eos omnes in sua ditione occidi-  
iussit, qui nollent ad CHRISTVM verum & singularem Deum  
conuerteri. Multi metu baptismi suscepere. Ex quibus unum Fri-  
dericus antequam imperaret in cubiculum suum accepit, Eumq;

cum esset sibi coetaneus, quasi fratrem dilexit, is post aliquot annos pecunia ductus ad Iudaicam fidem sese reuerti statuisse dicitur. Fridericus contra suadet ne viam vitæ deserat. Cumque verba suorum proficerent Theologos ex Viennensi schola accerfit, qui inuenient instruant, addit præces, addit lachrymas, promittit, minatur. Postremo vero frustra sese niti cognouit, fraternalm quodammodo charitatem religiosæ & veræ pietati postposuit, inuitusq; & admodum dolens iuuenem in iudicium requisitum tradidit. Ille ad supplicium ductus nullis constrictus vinculis (sic enim pertierat) ut pyram ardente viedit, Hebraicum carmen incipiens in medias flamas intrepidus se coniecit, atque ibi cantans exultus est.

Ex preda villarum quas diripiuerat Zisca Bohemus, nihil ad se deferri iussit, nisi telas aranearum, sic enim pernas (alitatis) carnes è rusticano testo pendentes appellabat.

Fœnus ita demum sine peccato exerceri posse diuus Bernardinus Senensis affirmauit, Si pecunia his crederetur, quin capitalem summam reddere possent.

Anno abhinc sexto & quadragesimo inter fratres Magdeburgorum & Vladislauum Poloniae regem, de regni finibus sortita quæstione vtrah; pars ingentes copias in bellum eduxit, Alii primi Pruteni siue numero militum, siue animi ferocia exultantes, duos gladios per foeciale regi misere, ut ex his, quem in aliis vnum acciperet. Is cum Vitoldo fratre suo Deo hostias libabat, qui audito foeciale, non minus, inquit, prælii signum recipio. Consecrato gladio, quem elegerat, eo se accinxit, & facta pugna di copia Lituani, qui auxilio venerant primos opponit, quorum strage fatigata Prutenorum manus, & ipsa Polonis superuenientibus sternitur cruentissimo prælio, & die consecro victoria regis fuit, viri equestres ex ordinis religione quadringenti cum ipso magno magistro periire, cæsa ex plebe multa millia, qui superfluerunt capti. Prussia præter oppidum bearæ Mariæ, omnis ad Poloniam defecit.

Cum diceret Laurentius Palatinus Hungariæ imprudente agere Sigismundum Imperatorem, qui victis hostibus non solum

vitam

AEN. SIL. COMMENT. LIB. III. 137

vitam & opes relinquenteret, sed etiam eos inter amicos reciperet,  
extolleretq;. Tibi inquit Sigismundus, videtur utile inimicum  
occidere, neq; enim mortuus bellum excitat. At ego inimicum  
occido dum parco, & amicum facio dum extollo.

37. In bello, quod contra Bohemos Albertus Austriae dux  
priusquam Romanis imperaret diutissime gessit, Interrogatus  
quem copijs prasidere statuisset, Si alium inquit, quam me ducto-  
rem exercitus petitis, frustra me Austriae ducem appellatis.

38. Ludouicus Baioariæ dux apud Henricum eiusdem familiae  
principem in carcere cum obseruaretur, nunquam illi ad se ueni-  
enti assurrexit, neque capite annuit, neque quod ab eo peteretur,  
suaderetur ue quicquam fecit. Eum vultum, eam severitatem reti-  
nuit captus, quibus cum liber esset, usus est.

39. Conspirauerant Hungari aduersus Sigismundum arma-  
tiq; regiam intrauerant aut capturi regem, aut si id non succederet,  
occisi, quos vt ad se irrumpentes cognovit, accepto pugione  
in medium progressus. Ecquis, inquit, vestrum manus in me in-  
ficiet, aut quid nam feci, quod me regem vestrum occidere vultis,  
prodeat è vobis si quis audet, & cum me solo solus congregiatur.  
Ea voce & audacia obstupuere coniurati, & sibi quisq; timens  
abiere.

40. In eo bello, quod aduersus Nurenbergenses anno abhinc  
sexta Albertus Marchio Brandenburgensis eximiè gessit, Grauen-  
burgum ab eo multa vi oppugnatum est. Id oppidum in valle  
iacet. xx. millibus passuum a Nurenberga muro ac fossa muni-  
tum. In quo præter oppidanos quingenti milites presidio inerant.  
Oppugnatio quatuor diversis locis cœpta est. Albertus sibi eam  
oppidi partem elegit qua murus altior & fossa profundior fuit.  
In suu factu ab ea parte, qua oppidum captum est, secundus ex  
omnibus ipse murum ascendit, in oppidum vero primus descen-  
dit. Circumuentus ab oppidanis tam diu pugna sustinuit, quam-  
uis in se unum multi concurrissent, donec alij pugnantes, decreti  
sibi murorum partibus superatis, suppetias tulerunt. oppidum  
captum direptumq; est, foeminis nulla vis illata. Nam id apud  
Teutones pro inexpiabili scelere habetur.

Iodocus

Iodocus Marchio Moraviae cum patruum suum VVenciam Bohemiae Romanorumq; regem visitatum venisset, vocauit eum patruus in penitiorem ædium partem, atq; in hunc modum allocutus est. Et si satis scio, non esse è dignitate raca, quod Electore Imperij me regno Romano abdicauerunt, solatio tamen est quod familia nostra hoc decus non excidit. Ego te libens velensq; successorem mihi datum accipio. Cumq; Iodocus his verbis territus ad Regis genua prostrubuissest, ac sibi nihil impurandum diceret, qui earum rerum omnium ignarus esset. Pone marum inquit, nepos. Nam neq; imperium inuitus depono, neq; si reire illud cupiam iura sanguinis violare ausim. Bono itaq; animo esto, imperiumq; tibi demandatum suscipe, mihi mea satis est Bohemia, viris, armis opibus regni mei tanquam tuis ut libet vies, lætumq; & donatum nepotem a se dimisit. At ille sex tantum menses superuixit, locumq; postea Roperto Baioario, qui impetraret, fecit.

Ecclesia catholica cum scissa esset, Nam tres de Ronne pontificatu contendebant. Petrus de Luna, Baltasar Cosia, & Angelus Cararus, Concilium generale apud Constantiam Sudorum, vt nunc dicimus, urbem Sigismundus imperator agi curauit, ac magnis itineribus Italiam, Galliam & Hispaniam peragi, vt nationes omnes ad vnius pontificis consensum redigeret, ope annitente pax ecclesiæ redditæ. Martinus Papa quintus electus prouidus pater, & amator pacis, è tribus competitoribus electus sancta synodus tanquam schismaticos reiecit, tertius suopte in genio pontificatui renunciavit.

Vnius militis saluti consulturus Alphonsus in rapidum mnem se se coniecit, suoq; cum periculo auertit alienum. Cunctus Senensis populi curam non suscipiat, & amicissimæ ciuitatis libertatem, fortunasq; tueatur.

Captum ab Hungaris Sigismundum duo adolescentes cognomento Garij, quorum pater ab eo neci traditus fuissest, cuditendum accepere, donec omni conspiratorum iudicio in eum animaduerteretur, quos cum ille, vt se dimitterent, frustra per tentasset, vidua eorum matre ad se vocata, Scio, inquit, nunc

viri tui mortem tibi acerbissimam fuisse, teq; mihi tanquam autori eius infensam. Verum ego per superos iuro, invitus tanti viri exitio assensus sum. Regina eum atq; alios accusauit. Condescenderunt regni proceres, atq; in reos mortis sententiam tulere. Ignatus ego factionum vestrarum, nouus ad regnum veneram, quod regulorum maior pars decreuisset, id mihi exequi necessarium erat. Esto tamen virum tuum sciens volensq; neci dederum cruciandum, Tune propterea natorum tuorum aut aliorum iracundiae, me obijcies? Et quis obsecro vel te vel illos fructus sequetur. Non desunt mihi fratres & amici qui meum sanguinem vlciscantur, neq; Hungaria rege diutius carebit. Exempla reges timent, nemo apud eos acceptus est, qui manus suas regio sanguine cruentauerit. Quod si me missum feceris ex filiabus Hermanni comitis Ciliæ necessarij tui vxorem ducam, fratri ac socii adiutus opibus, regiam demum potestatem vendicabo, filios tuos in primis charos habeo, efficiamq; ut omnis posteritas tua hoc factum sibi tristiusum sentiat. Hoc ego cum liberis tuis egi, sed non capit ætas, quantum necesse est. Te, quæ plus sapis & illis tibi consulere oportet. Persuasa mulier regem dimisit. Is Barbara Ciliensi in matrimonium suscepta, breui post tempore debellatis rebellibus victor regnum obtinuit, promissoq; satisfaciens Garios iuvenes super regulos extulit. Ex his ortus est Ladislaus de Gara (quem Banum appellant) inter primores Hungariæ processus, opibus & autoritate præpollens.

Austria nobilis prouincia, diues agro virisq; ex duarum prouinciarum detractione recepta est. Nam quicquid est à Leyta fluuo vsq; ad Anastum amnem Pannonicum iuris fuit, ab Anasio in Oenum Norici. Benus ingens flumen ex alpibus Italie profluens apud Patauium urbem Danubio miscetur. Leyta partius fluuius ex montibus Stiriae dimissus inter Vienam & Posonium ciuitates, in Danubium labitur. Huic prouinciae ad septentrionem Moraui Bohemiq; adiacent. Ad meridiem Stiriae montes, eius Hungari, occidentem Baioarij tenent. Danubius, quam longa est, medium perlabitur. Hæc

primo à Marchionibus, deinde à Ducibus regnata est. Stirps ducum in fœmina defecit. At illam Ottacarus Bohemiæ rex xxorem duxit, nō tam eius matrimonij, quām regni cupidus. Quippe qui ea viuente, aliam ex Polonia coniugem superduxit. Verum cum Rudolphus Romanorum imperator Austriam deficientibus ex genere ducum virilis sexus hæredibus ad imperium denuntiatam affereret, nec Bohemum alio pacto coercere posset, qui conuenta quæq; fregisset ad extremum ferro dirimere item habuit. Prælum trans Danubium commissum est, Ottacarum Bohemi, Misnenses, Poloni, Aungari adiuuabant: Rudolphus Suevis, Franconibus, Hustralibus & Stiriensibus societate. Ita rem gessit, hostium copia numero longe antecedebant. Rudolfi miles virtute superior fuit. In ea pugna ingens stragis commissa, Ottacarus occisus, quem Rudolphus honorifice sepeli iussit. Ac dein Austriae ducatum filio suo Alberto natu maiori concessit, vnde originem habent, qui Austriae hodie possidentur. Fridericus, Ladislaus Albertus, Sigismundus. In hoc prælio cuncti laboraret exercitus, ferunt agresti, qui messoribus portum faceret ablatam hydriam sicera plenam, atq; imperatori oblatam, quam cum ille vidisset, reddite, inquit, homini vasculum suum, nam ego exercitu non mihi sitiebam.

Ludouicum seniorem Baioariz ducem cum capitulum habuerat Albertus Marchio Brandenburgensis, non pauca ab eo penitentia cum ille negasset, traderet eum in manus duri, & inimicorum sibi principis minabatur: Tū Ludouicus, quæ poteris ex me libero impetrare, eadem modo ex captiuo petito. Si quid amplius voleas corpus meū in tua potestate, animū mihi tibi obnoxium inuenies.

In Calesio cum essem Angliam petiturus, Id oppidum in Morinis, ex quo breuissimum dicunt in insulam transiit, nominatum est auctore Nicolao Cardinale sanctæ crucis viro sanctissimo Philippum Burgundiæ ducem, qui partium Anglicanarum antea fuisse, ad regem Franciæ defecisse. Quod cum praefectus loci accepisset, mox me qui Cardinalis essem secretarius, afferui iussit, quæ res magno me damno affecisset, nisi Cardinalis Vintonensis, cui notus essem, illico me dimitti iussisset.

Frida-

Fridericus senior dux Austriae imperatoris Friderici, patruus s<sup>æ</sup>p<sup>e</sup>e  
mutata veste solus inter agrestes conuersatus est. Cum quibus ac-  
ceptra pecunia, & arans, & alia quævis munia faciens ruris, & de-  
seipso & de purpuratis suis confabulari consuetuit. Interrogatus  
cur id ageret. Neq; enim de me, inquit, alio modo verum audire  
possum.

43. Hoc vnum est inter egregia regis facinora maximum &  
præclarissimum. Sed neminem deserit Deus in se sperantem  
Henricus rex Angliae regis huius, qui nunc regnat, pater, circum-  
uentus ab exercitu Gallorum tegis quæcunq; obtinuerit in Gal-  
lia dimittere voluit, si cum suis incolmis abire permitteretur.  
Negantibus Gallicis nocte subsecuta vocatis centurionibus &  
decanis militum, neq; fugere, inquit, commilitones, neq; ex ho-  
stibus incolmitatem consequi possumus, quamuis cedere regno  
Gallie voluerimus, sola nos arma tueri possunt. Non est cur nu-  
merosum exercitum formidetis. Iustam causam iustus Deus ad-  
iuuabit. Ite & alterum alteri peccata vestra confitemini, pauxil-  
lumq; terræ ob memoriam sacramenti Eucharistiae salvatoris, al-  
ter alteri porrigit. Crastina die liberabit nos Dominus ex mani-  
bus inimicorum. Sic dimissa concione peractis quæ iusserat, cu-  
rare milites corpora præcipit. Sequenti die vt primum lux orta  
est commissio prelio, incredibile dictu, octo millia suorum, sexa-  
ginta millia hostium sudore, cæsa ingens turba, nobilitas Galliae  
propè omnis capta, paucos fuga seruauit. Eaq; potissimum dies  
Gallorum opes fregit.

Ferdinandus cum esset in Hetruria, serunt diligenter obser-  
uasse patris mandata, quem socij miro modo coluerunt. Hostes  
quoq; cum timerent, non potuerunt non amare. Sed quæ muta-  
tio dexteræ huius excelsi Senenses, Veneti, quos sibi amicissimos  
charissimosq; rex dixit, ex benevolentia excidere. Florentini con-  
tra quos missus est exercitus in amicitiam recepti. Memini hoc  
loco eorum verborum, quæ scribit ad Ruffinum Hieronymus.  
Amicitia, inquit ille, quæ desinere potest, vera nunquam fuit. De-  
ceptus Hieronymus est, qui Ruffinum erga se semper eundem  
putauit fore, non mirum si Alphonsi quoq; opinio falsa fuit.

Bene Mori.

Tota Philosophia, inquit Plato, nihil est aliud, quam quædam commentatio mortis, neq; aberat mea quidem sententia. Cur enim præcepta bene viuendi discimus, nisi ut bene mori sciamus. Comœdia quidem est nostra vita, cuius ultimus actus de morte agitur. Bonus poëta nemo habetur, nisi ad finem vñq; actus omnes prudenter explicet. Nobiscum melius Deus egit. Namq; licet omnis vita superior turpis extiterit, fatis itamen fuerit ad emerendum cœlum, beatamq; vitam consequendam, si læto ac forti animo mortem obeamus, & vivum spiritum Deo reconciliemus. Neq; contra nos est diuus Augustinus, dum ait, impossibile est quenquam male viuere, & bene mori. At rursus bene viuentis, malam mortem esse. Seiungit enim ille vitam & mortem. Et verum est, quia mortui nihil mereri possumus. Nos vero cum bene mori dicimus, qui in ipso vitæ exitu veram peccatorum dolentiam contritionemq; suscipit, quod quām sit fallax non me latet. Constat tamen & viros, qui diu sanctissime vixerint male obijacit, infine ipso de dei bonitate desperantes, & qui sceleratissimi fuerint, bene laudateq; mortuos, ac Dei optimi maximi in supremo a helitu misericordiam impetrassent. Sed quæ obsecro commentatio mortis adeò verax, adeò efficax apud Philosophos reperirent, quæ consolationi illi æquari possit, quam resers Alphonsum tuum, ac Gabrielem Surrentinum habuisse. Legimus quæ venenum bibiturus apud Plutarchum de bono mortis Socrates philosophatur, sed nihil ad Alphonsum. Philosophum quamuis Eseritanus inscrietur Alphonsus.

Finis libri tertij.

LIBER

# LIBER COMMENTAR, ÆNEÆ SIL. QUARTVS.

P R O O E M I V M .

**H**ispania terrarum optimis compa-  
randa, non Imperatores tantum ac reges Ro-  
mæ atq; Italæ dare solita est, sed & Cardinales  
ac Pontifices maximos, quorum vita emenda-  
tissima, doctrina admirabilis fuit : nam pon-  
tificem Damasum virtute probatum & omni-  
um bonarum artium studio celeberrimum  
Hispania ad nos misit. Nunc ex eadem prouincia Calixtum ter-  
rium, quem pro vi nominis optimum existimamus, sortiti su-  
mus. In sacro Cardinalium collegio multos fuisse Hispanos com-  
mendatione dignos non est obscurum, Alphonsum sancti Eusta-  
chij, & Ioannem sancti Petri ad vincula Cardinales ipsi Basileæ in  
concilio vidimus, quorum ea morum grauitas, ea rerum agen-  
darum circumspectio fuit, vt omnem ad se synodum traherent.  
Ioanni nos in secretariatu operam exhibuimus. Hodiè quoq; tres  
Hispania Cardinales habet, Ioannem sancti Sixti, Antonium Iler-  
densem & alterum Ioannem sancti Angeli, qui modo legatus a-  
pud Hungaros de traducendis contra Turcos copijs opus agat.  
Prioribus quasi duobus Theologicæ sapientiæ syderibus orbis  
Romanus illustratur. Tertium scientia iuris nulli secundum pu-  
tat.

Verum rex Alphonsus, vt ais, non ab Hispania laudem du-  
cit, sed Hispaniam ipse illustrat. Is quanquam ita religiosus est, &  
diuini cultus obseruator, vt scribis, non immemor tamen Evan-  
gelice doctrinæ post ieiunia & orationes cæteraq; pietatis opera in  
quibus nonnunquam exercetur, seruum se intuitiæ ait. Nouissi-  
mis enim diebus cum conuenisser eum Ioannes orator Apostoli-  
cus ac de pace Tuscianæ secum ageret, inter alia sapienter dicta, scio  
S 3 me,

me, inquit postquam regnare coepi, quam plurimos homines modesta fortuna ad magnas opes ac potentiam euexisse, qui postea benefacti immemores extiterunt. Ea vero res mihi minime admirationi est, cum & ipse eodem ingratitudinis virtus labore. Nam quis plura ex optimo maximoque Deo, quam ego benedicti accepit, quia natus ex regibus, amplissima regna hereditario iure sum consecutus. Nec minora mihi ipse armis comparaui. Paucum reges inter Christianos antecedunt. Ingenium mihi natura non obtusum dedit, memoriam non infirmam, corpus salubre, vitam longiorem ac morbis ferre inoffensam, opes mihi, deliciae, voluptates abunde suppetunt: literarum quoque nonnullam cognitionem adeptus sum. At ubi mea gratitudo. Quid ego aut facio aut feci pro tot tantisque diuinæ clementiae in me mutieribus, interligo me certe ingratum esse, eoque accusatione ac poena, quas certos promeruisse existimo, qui erga me ingrati sunt, tanto maiori quanto grauius est. Deum quam hominem fallere, Verum si mihi vita contigerit, est animus, quod hactenus neglectum est abinde præstare. Iniurias enim quas crudelissima gens Turcarum Iudeo Christo verissimo & maximo Deo nostro nunc in Græcia, non in Asia quotidie infert, vltum ire decreuimus, atque ad id iam nubes, iam viros & arma comparauius. Itaque nihil est cur nos quae nunc tractantur Tuscæ pacem quoquis pacto turbaturos existimes. Hæc rex, qui si promisso satisfecerit salvatorem Christianum religioni ab Hispania missum omnis Europa confitebitur.

Interfuius hoc anno dum hæc fierent. Cæcus in capite mensæ assedit grandæsus, qui ante sedecim annos lumen se amississe aiebat. Ministrabat huic rex, ac vobis audientibus interrogabat, an cæcitatem molestè ferret. Qui cæcus, nesciens regem esse, qui secum loqueretur, nisi diuina gratia esset adiumento, nemo, ius quicquid cæcus, vivere optaret, tanta est miseria cæcitatis, ijs præsertim qui aliquando lumen viderunt. Tum rex velle ne, inquit, ex hac vita migrare. Minime, inquit ille. Tum rex, at si miser es, cur è miseria eripi nolis. Nescio, inquit cæcus, an mortis ad maiorem miseriæ hinc demigrem, nec quo vadam mihi certum.

certum est. Tunc vñus ex purpuratis, an nescis, inquit, quod pie  
vuenti loca tibi piorum patebunt. Scio, inquit cæcus tria esse lo-  
ca, ad quæ dimissis corporibus animæ hominum deferuntur.  
Piorum animas in coelum euolare, malorum inferna petere, ijs  
verò qui cum ante fuissent mali, tamen ante obitum sese recogno-  
vere, & dolentes pro malefactis prius obierunt, quam poenitenti-  
am agerent, purgatorium locum adeundum esse. Tum purpura-  
tus, si hæc credis & peccato abstines, cur mori nolis. Credo, in-  
quit cæcus, bene motienti mihi bene euenturum. Sed quis est hic,  
qui bene sese moriturum sciat. Tum rex sapit, inquit, cæcus, ex  
media Theologia sententiam profert. Audiuicæcus regem no-  
minari, & quisnam rex esset, regem ipsum interrogauit. Tum  
rex, ego inquit, qui loquor tecum,

Allata erant Sigismundo Cæsari ex Hungaria aureorum  
quadraginta millia. Cum iam aduerseretur, eaq; in thalamo  
regio recondita suæ cum cubitum issit. Cæsar dum cogitat in  
quænam vñsum eam pecuniam conuertat, somnus eum desstituit.  
Tum ille excitatis cubicularijs. Ite, inquit ocios consiliarios, du-  
cesq; militum huc accersite. Vocati proceres media nocte trepidi  
(timebant enim ne quid aduersi accidisset) Imperatorem celeriter  
adeunt, & quæ causa sit tam repentina vocationis inquirunt. Im-  
perator confestim aperta archa, inter eos qui aduenerant pecunia  
distributa. Ite, inquit, secure tranquilleq; nobis dormire liceat.  
Nam quod mihi somnum ademerat, vobiscum exit.

Quæsitum est inter nonnullos me audiente cum in omne  
hominum genus Alphonsus liberalem ac munificum sese ostendit,  
cur solos Astrologos præteriret. Neque enim huius scientiæ  
præceptores sicut aliarum disciplinarum magistros in eius curia  
obuersari videmus. Tunc vñus qui magis scire videbatur. Syde-  
ra, inquit, stultos regunt impelluntq;. Sapientes astris impe-  
ranti. Stultos ergo principes honorare astrologos consequens  
est, non sapientes, inter quos nomen suum Alphonsus ob-  
tinet. Tum aliud Petrus de monte Ilicino, inquit non  
inclebratus Astrologus congregato apud Constantiam  
generalis

generali Christianorum Concilio iudicium de rebus futuris edit. In quo & Sigismundum eo animo coronandum Romam, & Ioannem Papam tertium & vice summum qui ad Concilium vocatus ierat, cum gloria redditum asseruit. At cum magna synodus Ioannem summo pontificatu abdicasset, Sigismundus autem in gressu Italæ multis post annis abstinuisset, arguentibus plerisque Petrum, qui adeò manifeste mentitus esset. At mihi de duobus stultis inquit, ille, iudicandum fuit, de quibusne vera quidam profari Ptolemæus potuisset.

At hoc ad gloriam non mediocrem Alfonso cessit, quod Fridericus Imperator Romæ coronatus, ad eum visendum venit. Nam ille cum in Germaniam redisset, Interrogantibus amicis apud Italos, quæ memoratu digna vidisset, Alphonsum, iquit, omnium qui modo vivant regum, & prudentissimum, & magnificentissimum, Cumq; aliqui non probarent, quod maiori dignitas ad minorem venisset. Imo, ait ille, ad maiorem profectus sum. Nam et si minor est regis autoritas quam Imperatoris Alphonsus tamen Friderico maior est.

Parum fuerit Italæ pacem dedisse, nisi & datam confuarit.

Schaduienna oppidum est cum arce munitissima, per quod Australibus in Síriam iter est. Huius præfuit unus ex veteribus amicis Ernesti, qui Friderici Cæsar is pater fuit. Adierunt Fridericum aliquot successuè adolescentes, sibiq; præfecturam loci committi petierunt, quod qui illam teneret ætate ac viribus confectus esset. Ad quos Fridericus paternum amicum oppido, non anno oppidum commendamus. Testamentum cum conderet dux quidam Slesiaë egregiam domum ædificari mandauit. In qua crines, qui utiles venationi fuissent, ob senectam & corporis debilitatem à suis relicti dominis, vsq; ad mortem alerentur, delignari in eam rem nonnullis agris, ex quorum prouento sumptus expeditaretur, nec voluntas eius irrita fuit.

Iacobus Marchio Badensis ubi latrocinium in ditione sua commissum didicit, vocatis ijs qui damno affecti fuissent, tantum eos ex fisco suo accipere iussit, quanti esse, quæ amisiissent, iure iurando

rando affirmassent. Exinde latrones infecutus apprehensos in rotam suslulit. Id est supplicij genus apud Teutonicos formidat. Atq; ita breui pacatissimam prouinciam reddidit. Patris ve-  
le. Atq; ita breui pacatissimam prouinciam reddidit. Patris ve-  
fligia Carolus nobilissimus adolescens sequitur, cui nupta est Ca-  
tharina soror Friderici Cæsar.

Dux quidam Oppatiæ vxori, quam ex Lituania acceperat, obuiam cum exisset, in eomitatu illius adolescentem offendit forma egregium, robusto corpore, in plumis iacentem pensili curtu aduectum. Interrogauit quis nam esset. Coniugis suæ fratrem, aut propinquum existimans. Responsum est ab ijs, qui proprius aderant. Apud Lituanos more patrio nuptas, quæ nobiles quidem essent, vnum pluresue concubinos pro viri facul-  
tibus domi alere consueuisse, qui negligente marito onera ma-  
trimonij subeat. Illumq; sibi adductum fuisse, qui vices suas suppleat, si quando, vt sit, vel morbo, vel alia quavis causa coniugi debitum persoluere nequiret. Voluit dux laniandum canibus hominem obijcere. Sed prohibitus ab amicis in Litu-  
aniam quam celerrime redire eum iussit, qua in prouincia, vt aiunt, perpaucæ nuptæ à viris digredituntur.

Satis vicit, inquit Sigismundus imperator, qui hostes fugavit.

Cum rogaretur Sigismundus imperator quem virum re-  
gno dignum aptumq; existimaret. Eum, inquit, quem neq; se-  
cundæ res extollerent, neq; aduersæ deprimarent.

Cum gloriabundus quidam eques coram Sigismundo vr-  
banos magistratus paruisaceret, tribunosq; militum laudibus in  
coelum tolleret. Tace, inquit, Thraso, nulla nobis militia opus es-  
set, si suas quiq; ciuitates praetores, cæteriq; magistratus moderate  
iusteq; gubernarent.

Senenses fortasse ramusculum ignari in regis oculum de-  
misere. Vtinam nil aliud rex doleat quam Senensis populi dolo-  
rem, ac metum. Verum Iohannes Lyritanus cum dictum nouis  
contumelijs ciuitatem nostram afficiat, accusare tamen eam apud  
regem non cessat.

Verum est quod Satyricus ille ait,  
Libertas pauperis hæc est,  
Pulsatus rogar; & pugnis concisus adorat,  
Ut liceat paucis cum dentibus inde reuerti.

Literæ Casparis Schlichij ex Nurenberga missæ cum in manus Friderici Cæsaris venissent, quæ nonnullis Hungaros inscribantur, fuerunt, qui eas aperiendas dicerent, quod in ijs aliquid proditionis scriptum esse putarent, quod sciri oportet. Quibus Fridericus Casparem ego & probum virum, & mei amantem extimo, si fallor, malo per se se error pateat, quam mea diligentia inuestigetur.

Non mirum, si non putauit Alphonsus in regnis suis tempore septem sapientes inueniri posse, quum ex omni Gracia & Asia, totoq; penè orbe terrarum omnibus ætatibus vix totidem annotati sint.

In scholam Pragensem ingressus aliquando Carolus quartus Romanorum imperator, cum disputantes liberalium artium magistros in horas quatuor audiuisset, idquæ purpurati molles ferrent, ac coenæ tempus adesse dicerent. Mihi, inquit, tempus est minime. Nam coena mea hæc est.

Cum beatos quispiam Foeneratores coram Sigismundo diceret, qui dormientes rem augerent. Et tu ergo miter, inquit Sigismundus, qui rem vigilando communis.

Si desint Thrasones, inuanum Gnathones clamitant. Legerat illud Alphonsus, ut arbitror, quod non ignotus poëta cecinit.

Dij maiorum

Vmbbris tenuem & sine pondere terram,

Spirantesq; crocos, & in vrna perpetuum ver,

Qui præceptorem sancti volvere parentis esse loco.

Atque idcirco suo magistro vel poma vel confectiones zaccareas ministrauit.

Georgius Fistellus cum esset doctor, a Sigismundo Caesar equestris militiae insignia suscepit. Exin cum Basiliensem Synodum adisset, consulante de rebus arduis Sigismundo, dominus an-

AEN. SIL. COMMENT. LIB. III. 149

bis an doctoribus legum coniunctis in unum locum, aut se e-  
quitibus ab illis in alium separatis coniungat. Cumq; tandem ad  
equites inclinaret. Stulte agis, inquit Sigismundus, qui literis mi-  
litiam præfers. Nam ego milites mille vna die fecerim, doctorem  
mille annis non fecerim.

20. Vitoldus Lituaniæ dux plebem legi, legem principi subie-  
ctam esse oportere dicebat. Adeoq; differentem moribus & ha-  
bitu à suis popularibus sese præbuit, vt illos tonderi edicto iusse-  
rit, sibi tanquam maiestatis insigne barbam intonsam retinens.  
At cum id non succederet, nam Lituani vitam potius quam bar-  
bam parati erant amittere. Caput ipse genasq; rasit, capitalem  
pœnam in eos comminatus, qui suo exemplo barbam aut co-  
mam deponerent.

21. Essent plerumq; principes, quam priuati homines, vt So-  
crates, meliores, si reges electio, non successio faceret.

22. Cum quæreret aliquis ex Thoma Sarzanensi, qui postea  
maximum pontificatum adeptus Nicolaus quintus appellatus  
est, qualis esset Eugenius papa quartus. At inquit, hoc  
facile cognitu est, qualis familia est, talem & principem  
inuenias.

23. Austriales quoq; , qui accersitis Bohemis, in Noua ciuitate,  
Fridericum Cæsarem ex Italia redeuntem obfederunt, eò demuni-  
redacti sunt, vt viatores ex victo pacem peterent, atq; in eam rem  
auri sex millia nummum quotannis penderent.

24. Sub imperio fœminæ cum esset Austria, defecerat enim vi-  
tilis proles, hinc Hungarus, inde Baioarius prouinciam prædaba-  
tur, fœminæ quæ contemneretur, suadebant amici, alterum ex ho-  
ribus virum acciperet, qui alterius contumeliam propulsaret.  
Quibus illa, minime inimico nubam, Ottacarum ex Bohemia  
potius accersam, qui meo coniugio ditatus, & Baioario & Hun-  
garo vicem reddat. Neq; enim natura fert ut qui nobis nocent,  
ijs beneficiamus.

25. Sigismundus imperator cum esset in Italia, audissetq; pa-  
tres Basiliæ coactos Egenium papam summo pontificatu depo-  
nere statuisse, quamuis podagra laboraret itineri se commisit,

T s tantaq;

150 IN DIC. ET FAC. ALPH. REG.  
tantaq; celeritate aduersus est, vt ante in Cōcilio sit visus, quād cō-  
venturus audiretur. Neq; enim bono principi tolerabile videba-  
tur ecclesiam quād se autore ad confessionem & pacem Con-  
stantiensis synodus reduxisset, Basiliensis denuo rescinderet.

Consolatoriæ super morte fratribus ad te missæ literæ ma-  
gnū in te regis amorem testantur, sed quem ille amerit, si te non  
amerit, qui eum, vel post facta vicitur facis.

Interrogatus aliquando Fridericus imperator quid homi-  
ni optimum possit contingere respondit, Bonus in hac via exi-  
tus. Qui iocos moderate ferrent, sapientes dicere Sigismundus so-  
litus erat, qui promptissime iocarentur ingeniosos.

1455. Anno superiori Græcus ad Albertum Austræ ducem ve-  
nit, qui se Constantini Cæsaris à Turcis occisi Germanum dice-  
ret, quem cùm exploratorem ille comperisset, quæcunq; in Ger-  
mania pararentur, ad Turcos perferentem gladio percuti iussit,  
Carolus quartus Romanorum imperator hominem, qui sibi ne-  
cem parasiteret, ad se vocauit, eiq; aureos mille dono dedit, quibus  
nubilem filiam nuptui collocaret. Illius se misereri dicens, cui  
filia natu grandior domi clausa esset. Homo gratias egit regi, &  
ad conspiratores egressus. Nesciebam, inquit, Carolus qualis es-  
set, nunc liberalē & clementem principem ferire nullo pæco  
possunt.

Venatio, inquit Albertus imperator Ladislai pater, exercitū  
ratio virilis, saltatio muliebris: Seq; voluptate quavis alia carere  
posse, venatione non posse.

Si quem sua sorte contentum esse decet, non est cur Al-  
phonſus de fortunæ distributione queratur, qui trium Deorum  
imperia obtinet, Plutonis, Hispaniæ regna, Neptuni Siciliam &  
alias insulas, Louis, Italiam, quamvis sua virtus totius orbis impe-  
rium meruit.

Studioſum esse Alphonſum librisq; deditum, nemo dubi-  
tat, qui cum versetur, neq; enim sermo ullus eius est, qui non do-  
ctrinā redoleat. Nuper rogabamus eum ne Tusciam bello perire  
fineret, qui se pacis regem inscriberet. Tum ille Cassandra, in-  
quit, diuinandi arte & cognitione futuri donauerat Apollo. Id  
factum

AEN. SIL. COMMENT. LIB. III. 151

factum in concilio deorum damnatum, qui futura prouidere mortalibus inhibitum affererent. At cum reuocare diuinum donum nephias ducerent, statutum est, ne quis Cassandrae prophetanti fidem haberet. Eodem modo quamvis pacis eum me regem appellem, mihi credit nemo. Intereos qui mendacissimi sunt, adde si placet, & qui militassent multum, Ioannes Hannelburgensis non incelebratus medicus, iubente aliquando Sigismundo imperatore secedere paululum omnes, qui Comanum nescirent. Nam cum Comanis ei res erat, qui sunt Hungariae populi, non paruit imperio. Interrogantij, Cæsari cur non exijsset, quia solos, inquit, abire iussisti, qui Comanum ignorent, quæ iussio haud quaquam me comprehendit. Nam mentiri ac furari, quod est Comanorum proprium, nemo æque ignorat atq; ego calleo.

33. Denaq; diuinæ legis mandata sub magna nobis mercede commendata sunt. At si vnum fregeris, cuncta fregeris.

34. Quatorupis qui apud Moravos ultimus regnauit cum se absente regiam conflagrasse didicisset, interrogauit nuncium, an cella vinaria salua esset, eoq; respondentे abstumptis cæteris illam intactam igni superfuisse, & nos inquit, igitur salui ac læti sumus.

35. Quemadmodum superi amari & timeri volunt, ita & reges, ait Sigismundus: neq; enim bene ames, nisi timeas.

36. Velle Alphonsi arte atq; diligentia non solum ciues, sed milites quoq; ingenio malo prauoq; bonos & emendatos reddi Sed militia, vt mihi videtur, sentina viitorum est, quæ nulla virtus indicamenta suscipiat. Alphonsum vero cum omnibus ingenuo, doctrina virtute, arte, sapientia non solum contendisse, sed eos etiam vicesse dixerim, natus, vt mihi videtur, ad omnia quæcunq; aggredi statuat.

37. In terra Austria cum obijsset vnu ex primoribus annos natus tres & nonaginta, qui vitam inter voluptates illecebrasq; nulla vñquam valetudine offensa duxisset, ignotaq; illi omnis calamitas, omnis moesticia fuisset, idq; Friderico Cæsari narratur. Et hinc, inquit, ille immortales animas censere licet. Namq; si Deus est qui hunc mundum gubernat, vt Philosophi & theologi

152 IN DIC. ET FAC. ALPH. REG.  
theologi docent, etiūq; iustum esse nemo negat, profecto alia loca sunt ad quæ post mortem animæ migrant, ibi; pro factis ac mercedem aut poenam accipiunt. Nam hic bonis sua premia neq; malis sua supplicia reddi videmus.

Gallus medicus item, cui patrocinetur, iniquam facit. Belum, cui se immiscet Hildebrandus, iniustum, quod Picinintus scipit iniustum atq; impium.

Iohannes de monte Damarum natione Suevus, sit mihi inquit, actus aliquis, in quo perpetuo degam: opulentum queniam mercatorem, ut apud Florentinos esse aliquos aiunt, fugientem, admota tergo lancea quasi iamiam capiam, insequi velim. Sic enim sequitur sua quemq; voluptas, ut ait poëtarum latinorum maximus. At dulce ocium & priuatæ vitæ quies interdicta principibus, neq; Diocletiano ad hortos redacto alpiravit fortuna.

Interrogatus Fridericus imperator, quinam sibi charilline essent, qui me, inquit, non magis quam Deum timent.

Iurasse Fridericum nunquam comperi, nisi cum in ciuitatem Aquensi apud Belgas, & cum Romæ coronatus esset. Idq; instrumentum constantissime tenuit. Cum enim iureiurando promisisset, quæ bona possideret imperium nullatenus alienaturum, & modo hoc, modo illud ex eo peteretur, maluit avarus negando, quam concedendo periurus videri. Eamq; ob causam perenni Borsio Marchioni Escensi ducatum Mutinæ & Regij, tam diu restitut, donec monstratum est eundem ducatum, qui sub annuo tributo concederetur, lucri magis quam alienationis speciem habere, præsertim cum Mutina ac Regium in potestate sua non essent, quam rem nos ei potissimum susimus.

Auri nummum centum millia ciuiis quidam Pragenis recepto chyraphago, Carolo quarto imperatori mutuo dedit, et umq; postridie ad prandium inuitauit, conuocatis aliquot regulis, conuiuum more Bohemiæ splendidissimum apparauit. Cum vero potionis & caseo, ut illi confueuerint, locus esset, neq; enim zaccareis confectionibus vtuntur, Chyraphorum in catino aureo iussit adterri admirantibus conuiuis, & quid hoc sibi vellet querentibus. Coetera, inquit, fercula Cæsar communia

nia tibi cum hisce optimatibus fuere, hoc tu*s* solius erit. Nam a*u*rum quod mutuaui nudi*u*stertius tibi dono, omne*q*; debitum re*mitto*.

Ignis, quem sacrum vocant, digitum pedis Sigismundi Cæsar*s* exurebat. Et ne altius serperet timebatur. Medici absceden*dum* digitum suafer*e*, partuit Imperator & quasi alias inscideretur, ita immotus chirurgici ferrum inspectauit, & pertulit.

Bohem*i* apud quos multa plana raras fossas inuenias equitat*um* peditatum*q*; omnem intra currus claudunt, incurribus vero quasi incenibus armatos collocant, qui missilibus hostem arce*ant*. Cum prælium committitur ex curribus quasi duo cornua efficiunt, ea*q*; pro multititudine pugnatorum & loci necessitate explicant, retro*q*; & à lateribus tecti in fronte pugnant interea paulatin*um* aurig*e* procedunt, hostium*q*; acies circumuenire at*q*; includere conantur. Quo facto haud dubie victoriam parant. Cum hostes vndiq*e* feriantur. Est quo*q*; plaustrorum compages ea arte composita, ut ad Imperatoris iussum, qua velit, & quando velit, speriat*ur*, siue ad fugam, siue ad insequendos hostes ratio postu*lauerit*.

Quamvis amici culpa solutum se foedere Alphonsus dicere posset, memor tamen suæ constantiæ & accepti beneficij ratas esse pactiones voluit, quæ exciderant. Idem & nunc erga se facturum regem Senenses sperant. Etsi enim ea non Senensium est, quæ Philippo fuit, erga regem beneficentia, est tamen regis erga Senenses illa, quæ fuit in Philippum constantia. Propterea si foedus quomodo à Senensibus violatum reperiatur, quod minimè credimus, haud quaquam malitia vila sed ignorantia fortassis eius rei causa fuerit.

Qualis fuerit Alphonsus iuuenis ipsa nunc ætas maior ostendit, quem s<sup>æ</sup>p<sup>e</sup> veloci incidentem equo persequi feras, ac nunc ap*ro*s nunc cero*s* iaculari vidimus sua*q*; manu sternere. Quæ opera in tanto rege strenuitatis magis quam prudentiæ censemus.

Nam vitam in qua tot populorum vita consilisit sine magna causa periculis obiectari nolim.

IN ORATIONEM  
PRO SVSCIPIENDO IN  
TVRCAS BELLO.



Ratio magnanimo rege atq; ipso  
 Alphonso digna, digitus Dei hic est. Nec  
 enim hæc verba, hos sensus, hanc denig; man-  
 tem, nisi sanctus Spiritus ministrauit. Ex  
 hæc oratio, exiit & ad nos, vsq; in Germaniam  
 delata est. Non potest dictum indictum esse  
 Belli rex tria in se magni beneficia Dei com-  
 memorat, qui non belua, sed homo rationis capax ab eo sit cre-  
 tus. Nec qualiscunq; homo, sed Christianus homo. Nec qua-  
 liscunq; Christianus, sed Christianus rex, reddere illud mode-  
 vetuit, quod non qualiscunq; rex a Deo creatus est, sed reges  
 quos habet Europa est potentissimus & sapientissimus, quod e-  
 stro seculo inauditum est, rex atq; Philosophus. Verum quoniam  
 honestum & laudabile est hoc promisisse si perficiatur: ita & ce-  
 pe & vituperabile fuerit, si negligantur. Ad tantam verò rem  
 equendam necessaria est Hetruria pax, quæ cum perturbata sit  
 totam Italiam suspensam tenet. Huius pacandæ potellæ ap-  
 bitrium penes Alphonsum esse nemo dubitat. Suade igitur am-  
 toni, suadete omnes, quibus apertæ sunt regis aures, vt radice  
 Picinino pacem Tusciae restituat. Sic enim assumptis in  
 Turcos armis Christianum nomen ut est ab  
 eo vulgatum, & tueri & ampli-  
 ficare poterit.

IN TRIUMPHVM  
ALPHONSI.

155

Vm redierit Alphonsus subactis  
Turcis liberata Græcia & spolia illa cruenta  
nephandiq; Mahumeti caput retulerit, O qua-  
leim ei currunt apparabit Italia, quales gratias  
ager Ecclesia, quæ festa omnis Christiana so-  
cietas agitabit. Conuenient Romam Sep-  
tentrionis & Occidentis reges, redeuntemq;  
magnum imperatorem Christianæ Republicæ salutabunt. Car-  
diniales cunctiq; præstes ecclesiarum, & magistratus virbis, longo  
extra moenia interuallo sacra ferentes obuiam ibunt. Niuei sta-  
bunt ad frena Quirites, sternetur purpura & ostro quæcunq; ab  
eo terra calcanda fuerit. Matronæ nobiles virginelq; rosas &  
lilia cœctis in eum spargent & variatum serra florum sacro capiti  
annectent. Ipse curru sublimis aureos in plebem nummos iaci-  
et, quoq; in foro, quoq; in triuio substiterit, nouas ludo-  
rum facies offendet, acclamabitq; omnis populus, victori vitam  
& gloriam. Atq; ita triumphans non in Capitolium falsiq; Io-  
nis ædemi, sed in Apostolorum principis beati Petri Basilicam de-  
ducetur. Ibiq; maximum sacerdotem Calistum tertium verum  
Christi vicarium & regni æterni claves tenentem inueniens, lar-  
gam ab eo benedictionem accipiens, amplexus atq; deosculatus  
grandævum patrem, secum in penitiori palacij partem secedet,  
vbi & de recenti victoria & de rebus Hispanicis longos inter se-  
sermones habebunt. Tunc tua Antoni musa quæsi ab inferis resur-  
get, & tu quidem poëmata compones. Bartolomæus Factius hi-  
storias scribet, mortalemq; regem im mortalitati donabitis. Nos  
quoq; si quid strepere inter cignos coruis licet, aliquid seorsim in-  
ueniemus quod de tanto rege posteris referamus. Hæc habuimus  
Antoni quæ per otium Neapolitanum ad dictoria tua adiucere  
mus Tu vale & boni consule

Ex Neapoli decem Cal. Maias, Anno ab incarnatione  
Saluatoris Christi M, CCCC. L VI.

22 April,

V

AD

AD ALPHONSUM A  
RAGONIAE REGEM AENEAE SE  
NENSIS EPISCOPI ORATIO.

**V**nde Odestius fortasse fuerit Rex maxime ac piissime auditio Ioanne Solelio apostolico legato patre optimo & doctissimo, diuina re diutius protracta, fugiente iam die, notacere, quam loqui. Sed cogimur accepti beneficij magnitudine, ne omnino silentes huius diei solennitatem prætereamus. In qua pacem sapienti ac diuino consilio tuo perfectum vulgari iussisti. Quare non vrbi nostrae solum verum Hetruriæ ac toti Italiæ, imo vero vniuersitate publicæ Christianæ salutem hodie partam videmus. Etenim quis hoc bello, quod modo extinctum est solus ager Senensis valet videretur, eius tamen veneni labes longè lateq; totam Italiæ inficiebat. Neq; Laudensi pace, neq; altera coram te habita, hac vrbe Christiano populo satis consultum erat. Cum sedata vno tumultu mox alter oriretur, atq; in morem serpentis Hydræ rentinos fa noua indies belli capita succrescerent. At concordia que nunc etiā 1454. dictante te composita est, omnem contentionis nostra radicem pag. 137. profsus extirpat. Nullam Italiæ prouinciam aut inquietam aut insecuram relinquit. Nulli ius suum auferit, nullum lædit, nullum excludit. Hæc igitur vera pax est, & quæ prioribus illis de pace tractatibus solidum signum, sive, ut aiunt, sigillum apponit. Hæc concordia Christianis quidem vera quies. Turcis autem, vt milii persuadeo, extremum exitium erit. Nam quantum discordia nostra extulit illos, tamen confesus noster deprimerebatque deiiceret. Quippe, vt audiens Hungari, Rasciani, Valachi, Albani, Græcique omnis parcatam atque concordem Italiam esse, inuictis animis Turcorum arma sustinebunt: exin Fridericus imperator Augustus

Pax Senen-  
tibus datur

Inter Ven-  
ezios, Franci-  
scum Sfor-  
ziam & Flo-  
rentinos fa-  
cili.

Pag. 144.  
145. Fazij  
lib. 10.

## AD REGEM ALPH. ORATIO 157

gustus inuictissimus, qui etiam te ad hanc concordiam adhortatus est cum suis Teutonibus Martialique gente. Galli quoque feroceſ, & alij trans Alpes fideles populi, iamiam tempus adesse fatebuntur, quo se bello contra Turcos accingant. Nam quamuis anno ſuperiore ſancta ſedes apostolica legatos mitteret, decimas exigeret, indulgentias elargiretur, naues conſtrueret tua, quoque maiestas cruce signata multa & magna in hostes fidei minaretur. Nemo tamen eredit expeditioni locum fore cum vicina Romanæ curie atq; in ipsis penè vrbis foribus belli tempeſtas graſſatur. At nunc extirpatiſ funditus diſſenſionib⁹ Italiæ ē radicibus, quid aliud expeſtemus, quām te claſſe maxima ac potentissima, vt dicere ſoles, quingentis velis inſtructa, Orientem petere, ignominiam Deo & ſaluatori noſtro illatam vindicare. Rem videor fortaffe diſſiſili que imposſibili ſimilem polliceri. Verum qui te hilice comparant,, quique tuas vires, & quæ tibi duo magnanimi reges, alter Castellæ, alter Portugalliae ministrare promittunt auxilia, metiuntur, nihil me ſupra modum ſperare fatentur. Ago igitur rex inclyte tibi, Caliſtoq; ſummo pontifici hæc laus ieruata eſt, qua religionem Christianam vndiq; conculcatam, ac ferme deletam in priftinam gloriam reſtituatis. Nam vetus ille oriens, qui nobis olim veræ fidei lumen infudit, nunc ab Occidente lucent ac ſalutem expeclat.

Legimus Christianos imperatores & pontifices maximos ab Hispania miſſos ſæpē Catholicæ fidei magnifice ac ſalubriter conſultiſſe, Theodoſius, Damasus atq; alios, etas noſtra ſub Caliſto tertio diuinitus dato pontifice, ac ſub Alphonſo rege ſapien- tissimo atque incomparabili vtrōque Hispano, Orientalia regna rurius ad Chriſtum verum, & ſingularem Deum re- ditura elle conſidit. Cui rex pulcherrimum hodie tua ſub- limitas initium dedit, quæ cunctas Italiæ lites vnico pa- cis arbitramento ſedauit. Cuius facti gratia non eſt oratio no- ſtra, quæ beatissimi patris tui Caliſti ſuceptam consolationem

158 AD REGEM ALPH. ORATIO  
aclætitiam explicare possit, aut in medium proferre, quibus teho-  
noribus sua pietas, & omnis ecclesia cumulare decreuit. Senecis  
vero à te saluberrima pace donati, ac magnifice, conservati nullo  
vnquam tempore huius diei memoriam obliterabunt. Gratissima  
est enim nostra respub. quæ quamuis aliquando profua tempestate  
ijs qui sibi benefaciunt vicem reddere nequit, animum tam  
semper obnoxium ac retribuendi cupidum retinet. Videntur ade-  
huc in templo nostro maiori equestres eorum statuæ, qui ante-  
liquot secula civitati nostræ bene consuluerunt. Manfredi qui ex  
hoc regno laboranti populo nostro opem tulit æterna membra  
apud nos est. Bonifacius nonus huius urbis alumnus, qui urbe no-  
stræ non defuit magna in necessitate quasi numen, aliquid apud  
nos habetur. Galeatij ac Philippi Mariarum Langobardorum de-  
cum, qui maiores nostros in maximis saepe discriminibus adju-  
verunt, nomina in ciuitate nostra immortalia perseverant. Ob  
memoriam sanctissimi Calisti nostri, qui ut nobis periculum de-  
meret, periculum ipsi subirent, non recusauit. Aedem construere  
magistratus nostri decreuerunt. In qua sibi quottannis sacrificetur  
Et tibi ergo Alphonse æui nostri gloria, & nato tuo inclito Calv-  
ibriæ duci Ferdinando & liberis eius, & omni tuae posteritati So-  
nenses uniti, dum stabunt urbis moenia, haic hodiernam pa-  
cem, id est salutem & libertatem suam gratissimis animis  
imputabunt tuumq; erit apud eos indeleibile nomen.  
Mercedem vero tam pijs, tam necessarij, tam  
fructuosi operis, reddat tibi diuina  
miseratio.

Commentariorum Æneæ Sylviij  
Finis.

LVDOICI

159  
LVDOICI XII. GAL=

LIAE REGIS SCITE ET  
FACETE DICT A.

**N**erat Regi cum grauitate iunctus  
facetiarum non scurilis lepos, ac eius multa  
lepidè dicta circumferuntur, in quorum pos-  
sessionem vulgus iam inuasit.

Iniurias priuato sibi illatas, regnum ade- Magnani-  
ptus vlcisci noluit, dictitans, parum decorum miter.

Regi Gallico, iniurias illatas Aureliorum duci vlcisci. Clementer.  
Mortuo Carolo, perlegens, libello oblatu, Caroli domesti-  
cos, duorum ex ijs cum quibus similitates olim gesserat priuatus,  
nominibus crucem addidit: illi conturbati abeunt, crucem sibi  
rati paratam. At mox humanissime reuocantur, eo enim signo  
oblivisci se, ait, simultatum.

Supprefectum Aurelianensem, quo familiariter primitus Amicè &  
erat visus, la pèq; sordium reum liberarat: cum in eo essent omnia Iuste.  
ad perniciem profligata damnari passus est: id adiiciens, conten-  
di priuatus pro amico: Regnum cum sum adeptus, leges mihi  
tuendæ sunt.

Plebem & rusticos pascua aiebat esse tyrannorum & mili- Misericor-  
tum: milites pascua esse dæmonum.

Cum Lutetia obambulans, obuios haberet quosdam è REPEONI-  
Senatu, qui raptim ad Senatum properabant: An non, inquit, hi  
ad nondinas videntur proficisci? imitatus Stratoclem & Dio-  
clem qui se mutuo ad messem auream inuitabant, ita enim tribu-  
nal & curiam vocabant.

Valde laudabat aruspis augurisq; eius responsum, qui  
consulenti, quid oculis maximè prodesset? respondit: Si pragma-  
ticum patronumq; rarissime videris. Lites fu-  
gito. NOVXIA d.

*In Rabulas.*

Ipse Lutetiae persæpè, cum Liliatis subcellijs ius dicebat, intererat, patronosq; disertos non illibenter audiebat. Eos ramfutoris officium impudenter sibi vendicare aiebat. Namq; quod futoris est proprium, dentibus alutam producere: hoc patronos in dilatandis prudentum responsis, & Cæsarum legibus faciebat.

*In anexis  
scriptis PP.*

Cum audisset galero Pontificio donatum indoctum quendam ab Alexandro Pontifice, Bellum vero histrionem (sic) pontificem, qui nobis in purpura sumias, in pelle leonis asinos aiebat.

Eiusdem est illud, Deteriorem esse conditionem equorum quam asinorum: Quippe equos cursu fatigari & disrumpi, vienit sacerdotia præfecturasq; Ecclesiasticas e Roma referant, significans ignoris hominibus, ac nullo passim delectu habito, ut quis prius Romam adcurrit, sacerdotioru vacua munera his conferat.

Annam Reginam cum videret cupidine dominandi grantem, multa se quoq; inscio moliri: uxori pudicæ mandat (aiebat) condonanda.

Eandem acrius instantem, tundendo adepturam se spectarem, vt desponderet Carolo, Maximiliani Cæsaris nepo, Cœdiam filiam, sedus aiebat velle pacisci inter musculos domesticos & æluros.

Fidem occidenti eadem ita respondit: Itane vero tanides esse putas, præesse Britaniæ minori obnoxiam filiam Galliæ Regibus: quanti nuptiam potentissimo Regi vna nobilissimi regni commodis frui? Visne, inquit, cliteillas asini ephippijs ega præferre?

*Uxor non  
insolenter  
marito im-  
peret,*

Principio & ceruas cum ceruis, cornibus altis insigniis natura: at cum ceruæ ceruis se præferrent, indignatum Deum excornes ut in posterum prodirent imperasse. Solebat enim fabella vel Apologo quid sentiret efferre admonens Reginam, sua sibi insolentia potentiam minueret.

*Ingenio  
formæ da-  
mina repen-  
do meæ,*

Eidem dicenti futurum, vt claudicantem, tertiiter filiam gener contemneret, id ingessit: Certum esse amorem morum suorum, vt formam ætas popularetur.

Lugd.

Lugduni deprehensus ab atulicis duobus viuo Carolo, & Oblivio in-  
antequam nosceretur, vexatus multis verborum contumelijis, iuriarum.  
cum illi conturbati Carolo mortuo abiissent, absentes sua sponte  
reuoauit, pristinæq; dignitati restituit, exuisse se personam Aure-  
liorum duces dictitans, proinde Regi nihil hæc esse curæ.

Cum Iulius Pontifex sacrilegij eum insimularet: Atqui (in Turpe est  
quit) absurdissimum est, vt qui donaria diuum ipse manibus ge- Doctori,  
rat, alias sacrilegij arguat.

Cum auditet Bernenses, eos qui Ioanni Nauarrorum pa- In ostenta-  
rent, nobilitatem ex æquo omnes iactare: Atqui, aiebat, decem tione ge-  
nobilibus eiusce gentis, vnicus ensis satis superq; fuerit: hoc & in neris.  
Pictonicos iactitabat.

Cum Pontifex diras in eum euomeret: Atqui, ait, precandi In Diras  
ille, non imprecandi causa Pontifex constitutus: repetens lauda- P.P.  
tam eam vocem sacerdotis quæ adduci non potuit, vt Alcibia-  
dem execraretur.

Cum audisset Franciscum Gallicum Cæsarem, qui postea In certa spe  
regno potius est, magno ære alieno contracto, Regia quoq; pe futuri præ-  
cunia a questoribus mutuò sumpta, anxiūm esse, rationes hæc in sentia non  
fiscum quo pacto referentur, ipse quidem eum vacuo animo esse profunden-  
iussit: haec tamen fabella admonuit. Equitabam cum patre: pro- da.  
ximus in hi videbar oppido in quod perueniendum nobis erat:  
itaq; visis templi primi altiustulis, cum è via languerem, ad pa-  
trem conuerlus: en iam, aio, confecta via: peruenimus in oppi-  
uersus, Adolescens, inquit, ne posthac pennis visis templorum,  
iter te executum dixeris: tacite innuens indignum esse, vt spe &  
specie largitionis, nondum adepti principatus commoda se per- In PP, am-  
cepturum existimaret.

Cum honori velificari Regio Iulius Pontifex diceretur, non  
tantum ocij superfuisse D. Petro aiebat, vt res Claudi Cæsar, aut  
Domitij Neronis, quæ ad se nihil attinebant, curaret.

Ex antiquorum rebus gestis res gestas Philippi Macedo-  
nis Alexandri patris, & Vlpiani Traiani Cæsar, maxime proba-  
bat.

In PP, am-  
bitionem  
& τιλυ-  
πταγμα-  
σων.

βασιλ-  
εως.

In friuelas

quaestiones

matrogo.

λόγων.

Vnus è sodalito Franciscano magni nominis coram eis concionans, argutissimis disputationibus concionem clausuram in dubium reuocat, si Dei Opt. Max. specie, dæmon vita integræ vitæ appareat, isq; sese colli iubeat, si is pro Deo dæmon habens coluerit, an is in sacrosanctæ persuasionis violatæ crimen inciderit? Eo auditio, qui magis deliraret vidisse se neminem abiebat. Proinde futurum ut posthac concionibus sacris ablinatur, nisi concionatores lites eas inter se bona fide componant.

Ignominia

ab alio pen-

dens.

Aulico magni nominis vxoris adulterium deplorante Diræ, inquit Pontificix, & vxoris adulterium, si quis contemperat, nunquam sanum hominem commouebunt, & de grado dejectent; si quis his vel leuiter commoueatur aculeum nocturnum diurnumq; qui perpetuo hæreat, relinquet. Cæterum probi viri mouentur.

Regie.

Gloriabatur, cum sollicitum suspicionibus regnum, suspe- sum meu, perturbatum nouis consilijs Carolus tradidisset, id sic Francisco florenti & etate & viribus, tranquillum relicturnum.

Victoria si-

ne Antago-

nistæ.

Cum audiret Iulium immodice sese efferentem, qui tot annos occuparant: Non enim, inquit, erat Gasto Fuxeus: initatus illensem: is glorianti Fimbriae, qui Ilium X I. die ceperat, quam uerbem Agamemnon X. anno vix ceperat, ipse eam XI. die cepiles. Non enim Hector aderat, qui pro ciuitate pugnaret.

Labor o-

mnia vin-

cit,

De magnitudine frequentiaq; hominum, qui Lutetiae etiam disceptanti & Stisaco miranti quo pacto tantus numerus hominum aleretur: Quid miraris, ait, quo ego pacto cum tot annos pedibus æger iaceam, pedestre tamen certamen incam, ybires exigit? significans hominum industria & improbo labore multius perfici, quæ factu natura difficultia videantur.

In socor-

diam.

Antonio Viuronio, dum ex condicto vntusquisq; quibus studijs adolescentiam traduxisset, dicenti se pelle vituli contum, in aucupium, quo aues falleret, descendere solitum: Taverò, ait, haud omnino adhuc vitulinam pellem exuisse videntur, notans in eo socordiam apertam. Nam Galli socordes & stolidos

Narrante

Narrante Alexandro ex veterum monumentis, augures  
si vlcus haberent, inaugurandi gratia, sedere prohiberi: quasi hoc  
esset signum, non oportere, qui vlcus aut perturbationem animo  
habeat tractare res diuinæ. Felicem, ait, Pontificem, qui in ea tem- <sup>P.P. sicut</sup>  
pora non incidisset: nunquam enim inaugurandi potestatem ha-  
biturum, si ad vetera sacra redeamus.

Eidem referenti, solitos olim & cane & capella abstinere sa- <sup>P.P. Luxus</sup>  
cerdotes, vt non modo attingere, sed ne appellare quidem liceret:  
pessimè hoc aiebat obseruari ab Alebreti filio, uno ex purpuratis  
Pontificijs, qui & capræ carnibus, Biarnensium mores imitatus,  
haud illibenter vesceretur, & agmen canum venationis gratia in  
delitijs haberet.

Cum sæpè repeteret edictis suis Iulius, ecclesiæ seruandæ <sup>Improbis</sup>  
gratia bellum Ludoico indiellum: Laudabat id vetus prudentis <sup>tas iustitiae</sup>  
hominis, qui capitaliorem dixit iniustitiam eorum, qui tum cum <sup>specie ve-</sup>  
maxime fallunt, id agunt, vt boni videantur. <sup>lata.</sup>

Vnus ex stipatoribus eius Despensius, cum Aulico, genere, Ostentatio  
honore, existimatione, principe stræ familiæ, exarserat iracundia, <sup>generis.</sup>  
Etiam stipator nobilitate generis non se esse inferiorem Aulico ia-  
ctaret: erantq; eo nomine in certamen venturi. Hos ante se  
lubet sibi Ludoicus, rogatq; stipatorem, vnde ei genus, qui ita  
se conferret nobilissimo homini. Tum ille eo se genere natum  
at quo nullum sit nobilius. Id quidem fateri regem ortum stir-  
pe Noæ sibi vero genus esse ac gentilitatem ex alterutro eorum,  
qui cum Noah fuissent eo tempore, quo vniuersus orbis aquis sub-  
versus est. Cachinnum dicitur rex sustulisse, in stipatorem, quasi  
eadem gentilitate sibi coniunctum, conuersusq; ad Aulicum  
magnæ nobilitatis, rogauit, despiceretn eum, cui genus esset re-  
gium sibiq; æquale. Eoq; ioco placuit vtrunq;, dextramq;  
porrexit ambobus: viriusq; enim animi magnitudinem perspe-  
ctam habens, iacturam se neutrius facere velle aiebat: quod ne-  
cesserat, si ad singulare certamen venissent.

Baionensem Centurionem & Lemouicensem superbius de <sup>In alio</sup>  
exitu & ordine prælij differentes hactenus tulit, vt Baionensi di- <sup>Zovetas.</sup>  
ceret: Cum te rogabo pernas quomodo salire oporteat in dolio

vel seria: Lemouicensi autem, Cum te rogabo, Castanea quia in terra, & quo pacto repastinata serenda, & quibus campis tpa & napus laetentur, tum demum respondeto.

**Vicia con-  
fuetudine  
communi-  
cata.** Silente viroq; conuersis ad Lemouicum, Nostri, inquam, in alio solo rapam biennio satam conuersti in napum: in alio na- pum raporum accipere speciem? ita & tu haustili à Baionensi fu- perbiam ille à te ignorantiam, quæ sic insolescat.

**Studiose.** Libros M. T. de officijs, Catonem maiorem, Lælium, Par- doxa, oratiunculas aliquot in Gallicam linguam, et si parum fide- liter versa, summopere exosculabatur.

**Sapienter.  
Clementer.** Valde delectabatur M. T. dicto, quo Cæsarem admonerat, nullam de virtutibus eius plurimis nec gratiorem: nec admirabi- liorem misericordia: homines ad Deos nulla re proprius accedere quam salutem hominibus dando: nihil habere nec fortunam re- giam maius quam ut possit: nec naturam melius, quam ut velit conseruare: eaq; Franciso genero sœpè inculcabat, conducebat, arbitratus, talibus aureis eius vocibus vndiq; circumsonare: isq; so- ceri admonitionibus excultus clementissime postea regnauit, eu- multis hostium domesticorumq; insidijs exagitatus.

**Studiose** Delectabatur & Commentarijs Iulij Cæsaris in lingua patriam eversis potius quam versis, ita erroribus scatebant: lau- danteq; Hieronymo Aleandro clementiam Cæsaris, ipse quidem laude non indignam, cæterum temporariam & alliciendis Re- manis ostentatam aiebat, exemplum adferens ex Vxeloduni de- ditione, cum deditis Cæsar omnibus qui arma tulissent, manus præcidisset, vitamq; concessisset: & Galliam ipsam pacatam per le- specie belli vndiq; conquisita, vexasset & spoliasset. Fidelitatē quoq; Cæsaris se desiderare aiebat his in commentarijs, in numero aut cæsorum, aut eorū qui ex vrbibus ad bellum prodijſſent referendo.

**Fides ac Ve-  
ritas in Hi-  
storis de-  
siderata.** Aleandroq; Xerxis numerum terrestrium copiarum referente, quas fuisse CLXX, myriades: & Semiramidis Affyriorum regina, cui fuerat peditatus centum millia, equitatus centum myriades, falciferorum & palustrorum decies decem millia, virorum in Ca- melis pugantium idem numerus: aliorum Camelorum (vbi o- pus erat) vices dena millia; naves in Baetris ter mille: Elegantia- venula-

venustateq; verborum abundantes exteros, historiæ veritatem  
aiebat transgressos : tantumq; abesse, vt aut quæ de Xerxe aut se-  
miramide scripsissent, vera sibi esse persuaderet, vt & in probatis  
simis historijs corruptos interdum numeros bellatorum vere-  
retur : quos & à Valerio Antiate vanissimè auctos T. Liuius pas-  
sim fatetur.

Aiebat verò Græcos, qui pauca gesſiſſent, diſertissimè hi-  
ſtoriam ſcripſiſſe : Romanos & diſerte ſcripſiſſe, & res ges-  
ſiſſe hiftoria non indignas : Gallos, multa ſtrenue cum ges-  
ſiſſent, nihil literis mandaffe.

Aleandrum Rex, cum Lutetiæ ſummo auditorum con-  
cursu Gryphum Aufonianum primum & Theodori Cazætia in lite-  
Græce linguae Grammaticas iſtitutiones: mox & Platonis rarum ſtu-  
Timæum, & M. Tullij Ciceronis librum de vniuersitate e-  
ſouerat. Ea liberalitate factum eſt, vt ad manſuetiorum Muſarum  
ſtudia plures confluxerint.

Rogabant Lascaris & Robertetus fūſciperet cauſam Benedi-  
di Scaligeri aduersus Venetos, qui Veronam aliaq; oppida Scali-  
geris extorſiſſent. At ille vetere verſu respondit. Non ſibi his eſſe  
opus, qui pro diuitijs titulos & tumulos demum auorū oſten-  
tare ſoliti ſint.

Cum Doruallus narraret: violato iureiurando Valentiniuſ In perfidi-  
Borgiam Cæſarem à Consaluo perfidissimè retentum & vi-  
am ad Ferdinandum miſſum: Ergo, ait, poſthac pro Punica  
Hispanicam fidem ſumus celebraturi.

Narrabat Copus Basiliensis medicus, regi acceptiſſimus,  
ex veteribus ſcriptoribus Ceruos qui ex Sicilia in Calabri-  
am ac Rhegium urbem tranſnatent, per aëstatem deſide-  
rio pabuli, longitudine natationis, defeffos, quod onus  
capitis ſuper aquas extantis non facile perferant, ad leuan-  
dum laborem rationem hanc inire. Natare quidem or-  
dine cunctos vnius ductum alio poſt alium ſequente: ita  
videri exercitus imaginem congruo ordine incidentis. Inter  
natandum verò ſingulos ſuper anteriores caput imponere:

## 166 LVDOICI REGIS FACETE DICTA.

Ac si accidat ordinis decurionem animo labare, mox hunc in tergo locari, alium verò decurionis in locum substitui, quasi nouus tergi duxtor declaratus sit: ita repræsentari aciem, in qua Aubignus tergum, frontem Grinianus regat, usque adeò etiam ad ceteros militaris disciplina transisse videatur. Hæc narrantem intutus Rex, ristu diffluens, Non mirum igitur si apud Rhegium cœri, disciplina astutus; militari pollentes, Gallos crista feroes deuicerint, innuens Gallos militari potius asturia, quam robore, Apulia, Calabriaq; deputatos.

Dolus an  
virtus.

Tempore  
perfici ar-  
tes.

Liberaliter  
sudet par-  
ce facit.

Tu supplex  
ora: tu  
protege.

Amor Ty-  
rannus.

Beneficen-  
tia.

Senatores  
debet Gra-  
uitas.

In Diras  
Pontificis.

Cum narraret Aleander quosdam ex veteribus olim viros cornibus ante pocula inuenta, viros cochlea pro tubis: id retulit ætate homines fieri aptiores.

Vetus illud, necesse est facere sumptum qui querit lucrum, maximè probabat: cum tamen nō sequeretur identidem illud iactans. Qui homo mature quæsiuit pecuniam, nisi eam mature parcit, mature esurit.

Dicebat euni qui pontificibus his, qui bello potius quam pietatis student, primus arma, sodalib, sanctioris vita instituta profellit equos permisisset, & militarem & cœlestè disciplinam corrupisse.

Cum audiret Armeniacum effictum deperire pueram Neapolitanam, quæ vultu adeò esset modesto, adeò venusto ut nihil supra: Grauem esse aiebat tyrannum voluptatem, quæ ea demum concupiscat, quorum sit copia angustior.

Exteros quidem eti olim inimicissimos fouit, ut Ioannem Ludoicum Fliscum, quem inter equites Torquatos adscripsit, tribunumq; maritimorum apud Genuenses designauit.

Nactus ad Braccum Lutetiæ Senatores parisienses, qui se se pilo lido oblectabant, acriter increpitos, si post hac deprehenderentur, pro Senatoribus, habituru se stipatorum loco edixit: pertinere hoc ad maiestatem Senatoriam putans, si minus occupati ludicris publicis viderentur.

Audiens vnum ex Heluetijs suis stipatoribus, diris confixum Pontificis, cum æs alienum ad tempus non dissoluisset: An ideo: (inquit) minus, diris confixi, paniculbo vescuntur? significans plerisq; qui castra sequuntur, parum hæc esse cura.

FINIS.

DE

DE CAROLO V. IM-  
PERATORE ORATIO DA-  
VIDIS CHYTHRAE I.

**E**stimonium prouidentiae & præ-sentiæ Dei in genere humano eximum & si-gulare est, quod non solum imperia & regna, fœnudæ Ecclesiæ, & honestæ hominum soci-tati legibus, iudicijs, disciplina, pace & com-mercijs multarum gentium munienda serui-entia, constituit, & lapsa instaurat, & potenti-dextra sua defendit ac seruat: verum etiam Heroicos Reges ac Principes, excellenti sapientia & virtute à se ornatos, subinde im-perijs tribuit, & singularibus motibus regit, & adiutuat in rebus ge-rendis, ut eorum gubernatio felix sit, & generi humano salutaris.

Talem Heroem excellenti sapientia, virtute, & felicitate in rebus gerendis à Deo ornatum, & adiutum: & in summa potentia, & successuum prosperitate, modestum, cle-mitem, iustum, moderatum & salutarem generi humano prin-cipem fuisse CAROLEM V. Imperatorem, imò ut Gem-mam & fidus illustre in reliqua serie regem ac principum He-roica virtute præstantium, qui vñquam fuerunt, effulsiſſe, omnes cordati & prudentes viri agnoscunt: & patria inprimis olim tranquillæ & florentissimæ, luculentē testatur. Nam remoto cultode hoc iustitiae & pacis publicæ diuinitus gubernato & adiuto, ideoq; felice, quam tristes & tetræ dissipationes & confusiones proximis annis, nouæ subinde exortæ, & sine fine & modo cu-mulatae sint, gementes videmus. Quibus vt tandem Deus nostri misertus catastrophen optatam & salutarem imponat, toto eum pectore & ardentibus votis precemur.

Interea bonitatem & præsentiam Dei, in Caroli V. gubernatione, grati agnoscamus, & sapientiam ac virtutem huius Herois celebremus. Vere enim de eo adolescentia admodum ad Ro-

mani imperij fastigium recens eucto, vir sapientissimus Mer-  
rius Gattinaria veluti vaticinatus est, dicens Pontano, elatior  
Saxonie cancellario, bene fecisse principes Germanie, quod sit S. A. P. I. E. S.  
lum imperatorem elegissent, experturos enim, quod sit S. A. P. I. E. S.  
& B. O. N. V. s. Bonitatis certe & clementiae ac moderationis animis  
tanta potentia, & summis fortunæ successibus, non elati, nec villes  
in iustæ, cupiditatis, superbiæ aut læuitæ indicium, edentis, vix vi-  
lum aliud ex historijs illustrius exemplum proferrri potest, cum  
capto ad Ticinum Gallie rege Francisco, omnium oculi in curia  
intenti essent, quomodo tantæ victoriae nuncium excepturus es-  
nullam geslientis lætitiae aut insolentiae significationem villo dico  
aut gestu elatiore præbuit, sed prohibitis etiam publice lætitiae  
gñis vñstaté edi solitis, rectâ in templum, vt Deo ob tantam victo-  
riam gratias ageret, se contulit, ac sequenti die eucharistie Sacra-  
mentum sumisit, & septem dierum supplicationes solennes inde-  
xit, vt Deo soli tantam victoriam se acceptam referre testaretur  
ac ut communii multorum voce hoc Dei beneficium celebraretur.  
Regnum vero in aula sua legatis gratulantibus respondit, se de-  
erga se benevolentiam agnoscere, & optare vt hac victoria ad  
cem & tranquillitatem orbis Christiani recte constitueret, &  
bellum contra nominis Christiani hostes gerendum, salutariter  
possit.

Multos principes bello a se victos, supplices clementer re-  
pit, & filios in amissam hereditatem paternam restituit, quos &  
minibus fortunis priuare summo iure potuisset.

Sapientiae vero & ingenij ac consiliorum Caroli exquissiti-  
etsi ex omnibus ipsius actionibus & rebus gestis radij illustris per-  
petuo fulserunt, vnicum tamen Schonbergij Cardinalis Capu-  
niæ, Gallias & Angliam: cum interrogaretur, quid in tribus  
regnis admiratione & memorati maximè dignum videlicet  
concinne admodum & breuiter respondit: in Gallia, pulcherrimum  
Regnum: in Anglia, pulchrum Regem: in Hispaniis, sapientissimum  
consilium R. E. G. I. S. se inuenisse.

Scio aliquos vestrum tacitos secum mirari, cur huius regis  
honorificatio

historiam in hoc congressu recitare instituerim. At omnibus pijs in ecclesia Christi constat, Christum ipsum, sua voce, Cæsarem Romanum, quanquam dissentientem de religione, in templo Hierosolymitano nominasse, & verbo suo stabiluisse & obedientiam, honorem, tributa & cetera officia ipsi debita reddi iussisse. Cur igitur nos Cæsarem Romanum à Christo ipso laudatum, & tot Heroicis virtutibus à Deo ornatum, & Ecclesijs nostris non plane iniquum, in his nostris coetibus praedicare, vereamur.

Esi enim incitatus à Pontificijs Carolus edicta in religio-  
nem nostram duriora aliquoties proposuit: tamen singulari ani-  
mi exequitate & moderatione, cum multa haerere vicia & abusus  
tetros etiam in Pontifícia ecclesia sciret: exequi ea, priusquam le-  
gitimo iudicio controversiae dijudicatae essent, noluit. Ideoq;  
lynodum, in qua res tantæ, legitime cognoscerentur, serio & assi-  
due à Pontifice flagitauit, & institutis in Germania congressibus  
& colloquijs de tota religionis doctrina amicis, beneuole compo-  
nere dissidia ecclesiarum studuit. Donec tandem politicos præ-  
textus speciosos adeptus, principes quosdam & ciuitates confo-  
deratas armis ad officium redigendos esse censuit, & tamen in ar-  
mis ipsis nihil gessit immoderatius, & hos victos ac supplices in  
gratiā plerosq; benignē recepit, & postea pacem & *autonomias*  
Ecclesijs nostris concessit.

Quanta virtutum præstantia in vetustis Heroibus, Samso-  
ne, Davide, Salomone, Hercule, Alexandro fuit. Hi tamen sua  
etiam vicia & lapsus habent, quorum exempla nos de humana  
infirmitate, de modestia & invocatione Dei admonent. Ac ni-  
hilominus excellentes Heroum illorum virtutes & benemerita in  
genus humanum, velut eximia & illustria Dei dona, nos agnosce-  
re, admirari & celebrate decet.

Quare ad pietatem & gratitudinem Deo & Cæsari Carolo,  
qui vices Dei in hoc imperio & amplissimis regnis sapienter & iu-  
ste regendis ac tuendis annos amplius quadraginta gessit;  
& toti Heroice familiæ archiducum Austriae, quæ tot præstan-  
tes sapientia, virtute, magnitudine animi, moderatione &  
clementia Imperatores orbi Christiano dedit, debitam perirent;  
grata.

grata mente & voce, principum, per quos sua bona, iusticiam pacem, & alia nobis adeo prolixè tribuit, memoriam conferunt. Reuerenter itaq; à vobis viri Clariſſ. & adolescentes studiosissimi peto, vt me summa delibantem historię vitæ, ac virtutum Caroli fastigia, benignè attenteq; audiatis.

**Parentes.**

**25. Iunij.**

Pater Caroli V. Imperatoris fuit PHILIPPVS, <sup>arditissimus</sup> dux Austriae, dux Burgundiae, & rex Castellæ : anno 1471. hanc lucem editus, parente Maximiliano archiduce Austriae, Friderici III, Imperatoris filio, & Maria, Caroli Burgundiæ nata, amplissimarum regionum, quas inferiorem Germaniam visus nominamus, hærede vnica.

Mater, IOANNA: Ferdinandi magni, Aragonie regis catholici, & Elisabethæ, reginæ Castellæ filia secunda. Primogenitam enim, matri ~~eproupuev~~, Emanuel Lusitanie rex vixisse duxerat anno 1497. cum ipso nupciarum tempore, Ioannes, annæ matris Caroli V. frater, Ferdinandi Aragonis filius vniuersus uebat. Adolescentes diem suum obiijset, relicta coniuge grata, quæ cum paulò post abortijsset: Emanuel cum coniuge grata Elisabetha, in Castellam vocati, velut legitimi regnorum hæredes, a populis acceperunt. Cæsaraugusta, Aragonie metropolis dum commorantur reges, & de conditionibus fidei à Cæsar Augustis dandæ, aliquot mensis cum illis disceptant: Elisabetha iunior, filium Michaëlem, summa cum avi Ferdinandi & parentum læticia, & totius Hispanie plausu peperit, quem insantem universa Hispania & Lusitania regem, summa consensione, sub ipsi iurata, statim declararunt.

Sed Deus æternus & summus Rex, qui imperia & regna terris ipse constituit & transfert: & cui ipse vult, tribuit: non Lusitanicæ, sed Austriae stirpi: non Emanueli aut Michaeli, sed Philippo & Carolo, amplissima Hispaniarum regna defulserat. Matre enim Michaelis in partu extincta, & infante vix humectata ex his terris euocato, successoris ius omne ad materteram ipsius Ioannam, archiducis Austriae & ducis Burgundiae conjugem devolutum est. Quæ, eodem anno Jubilæo 1500. die 14. Februario

**1498.**

**1498.**

**1500.**

Februarij, tertia post mediam noctem hora, CAROLVM V. Imper. nostrum, Gandaui Flandriæ metropoli enixa est, anno post Natiuitas, Carolum magnum, qui religionem Christianam in has gentes Saxonicas primus inuexit, Imperatorem renunciatum, septuagesimo, annis post Augusti Cæsar's natalem 1560.

Etsi autem Heroica virtus & felicitas, non à siderum, nascienti fulgentium, positu: sed à D E O bonorum omnium fonte præcipue donatur: tamen ut alioquin magna in Cæsare Augusto & Carolo, ingenij, morum, consiliorum, rerum gestarum, & varietas eventuum, similitudo fuit: sic vterq; Capricornum ~~adversus~~ <sup>et</sup> habuit: qua de causa monetam Augustus Capricorni nota percussit: & utriq; Saturnus cum Marte in & coniunctus fuit. Caroli etiam Genesis, insignem Solis, Iouis, Veneris & Mercurij in cuspidiæ coniunctionem, præstantis ingenij, fortunæ & gloria secundæ coniunctionem habuit. Sed relictis astris, D E V M nascenti Carolo propicium affluisse, & Heroici ingenij, virtutis & fortunæ dona singularia, plurimis gentibus imperio ipsius subiectis profutura tribuisse statuamus.

Baptismi testes Carolo infanti, duoddynasta, Carolus à Croja, <sup>Baptismus</sup> & Bergensis, & duæ reginæ viduæ fuerunt, Margarita Britannica proœtia, Eduardi IIII. Anglia regis soror: & Margarita amita Ioannis filij Castellæ & Aragoniæ regis vidua.

Quot autem de Heroica Herculis indeole Ouidius dixit, id verius de Carolo dici potest, Ingenium coeleste suis velocius an-  
nis Surgit, & ingratæ fert malè damna moræ, Statim enim, in pri-  
ma pueritia, ingens donorum varietas in natura & ingenio Caro-  
li emicuit: quod humanum, mite, prudens, graue, magnanimum,  
placabile, moderatum, verax, iustum, semper sibi constans, & tran-  
quillum ac serenum; triste tamen magis & taciturnum, quam hi-  
clare & lætuum; cunctabundum magis quam præceps, deniq; natu-  
ria bonitate & indeole vere Heroica, & ad omnia summo rege di-  
gna præuolante excellens; arma tamen magis quam libros ar-  
mans, vt armis potius quam literis natum fuit, de quo non in-  
tempestiuum fortasse fuerit hoc loco recensere, quod in castris ad  
Vitebergæ postea Lucas pictor senex, Carolo sciscitanti narravit,

cum ex oppido in tentorium euocato Carolus exposuitisset, fibi  
duce Saxoniæ Ioh. Friderico nuper à se capto, Tabulam egregiam  
à Luca pictam, in conuētu Spirensi dono datam fuisse, cuius sipe  
et aliquoties delectatus, picturas ipsius magnis fecerit. Et autem,  
inquit, Mechliniæ, in conclavi meo tabella, in qua effigiem meam  
cum puer essem, depinxisti. Scire igitur ex te volo, quæ fuerit tunc  
etas mea? Respondet Lucas, octo annorum erat etas tua, cum  
Imp. Maximilianus te dextra circumducens iuberet Belgicam  
nobilitatem & ciuitates iuramento promittere obedientiam.  
Cum autem picturam ordirer, Maiestas tua sœpè ad diuersa loca  
respiciebat, ut solent pueri. Ibi præceptor, qui tuam naturam no-  
rat, dicebat te mirificè delectari aspersione teli, iussitq; ad parietem  
aduersum collocari egregie fabrefactum telum: cumq; tu ab eo  
non deflesteres oculos, ego feliciter absolui picturam. Cæsar ha-  
narratione valde delectatus blandè Lucam compellauit. Ibi unius  
bonus senex cogitans de fortuna & patriæ & Domini sui, Hen-  
ricus procumbit coram Cæsare, & pro suo captivo hero fit supplex. Ce-  
sar placidissimè perficiam inquit, ut dominus tuus, captivus pri-  
ceps, experiatur meam clementiam, ornatumq; munere Lucam  
in urbem remittit.

Accessit autem ad indeolem Caroli Heroicam, Educationem  
etiam & disciplinæ sanctitas, & naturæ ultrò pietati deditz, ad re-  
ligionis & omnium virtutum officia assuetatio accurata, & illa-  
rarum etiam cultura aliqua, sub præceptore Adriano Florentino  
Vlraiectino, viro graui & eximio theologo, (qui tamen ipse vir-  
tum principem, bonis moribus magis, quam bonis coloribus im-  
bui debere dicebat) & sub V Vilhelmo à Croia, quem Cœurium  
vulgo den von Schiftern nominabant, primo Arescoti marchion,  
aulæ & morum magistro; accessit. Erga vtrumq; præceptorem  
gratissimus postea Carolus exiit, cum Adriano episcopatum  
Dertusensem, & vices in regenda Hispania suas commendauit  
ad quas summi etiam pontificatus fastigium statim adiunctum  
est. V Vilhelmi autem ex fratre nepoti adolescenti, Ludoicu-  
m Vnuem præceptori habenti, archiepiscopatum Toleianum, di-  
gnitate & opulentia omnibus in tota Hispania excellentem, Fran-  
cisco

cisco Ximente Cardinale mortuo, absenti contulit, quo tamen generosissime indolis adolescens, antequam Hispanias adiret, VVormatiæ in comitijs extinctus, frui nequaquam potuit.

Erasmus etiam eruditissimo & planè aureolo, de institutio-  
ne principis libello, sapientissimis & sanctissimis sententijis & præ-  
ceptis gubernandi Rempublicam, & consilia, mores, actionesq;  
principum omnes regendi, stipato, & veram ac integrum Christi-  
ni & optimi principis imaginem exprimente, ad Carolum scripto  
studia & gubernationem adolescentis, nuper Imperio Belgicarum  
provinciarum inaugurati, iuuare conatus est. de quo ipse his ver-  
bis meminit: Libellum de principe Christiano; Carolo nunc  
Cœlari, porreximus, recens in aulæ principalis famulitium acci-  
ti, vt essemus inter principis consiliarios. Atq; hoc pacto priuimum  
fidelis consiliarij partes sumus auspicati. Hoc enim epitheton so-  
lemniter addi solet consiliarijs, quām pleriq; principes nihil mi-  
nus præstent, quām cognomentum suum.

Vt autem verissimè Syriacides ait, in manu Dei esse guber-  
nationem terræ, qui vtrunq; & principes bonos ac salutares, & con-  
siliarios prudentes ac fideles tribuat: ita verè diuinitus, Caroli a-  
dolescentis gubernationi duo præstantissimi & fidissimi **Bxλη.**  
**Φόροι** adiuncti sunt, Ioannes Syluagius cancellarius, & V. Vilhel-  
mus Ceurius aulæ magister, à quo sic institutus & assuefactus est  
Carolus, vt etiam anni aetatis quindecim nondum excessisset:  
Carolus, ut etiam anni aetatis quindecim nondum excessisset:  
tamen ex quibuscumq; provincijs adferrentur literæ, vel nocte in-  
tempesta, omnes ipsi redderentur, ex quibus perlectis ad consili-  
um ipse referret. Cumq; Gallicus legatus apud Ceurium coenans,  
se mirari diceret, quod adolescentis principis ingenio tantum la-  
boris, quo cum facile leuare posset, imponeret: Ego inquit Ceu-  
rius, curator & tutor sum datus Carolo, quem me mortuo sui iu-  
ris esse velim. Quod si negotiorum & rerum suarum ignarus sit:  
nouo curatore illi opus erit, si ex aliena tantum diligentia & fide  
pendebit. Idem Ceurius, dum vixit, pacis & amicitiae cum rege  
Gallico & omnibus vicinis seruandæ Carolo autor extitit. Qua-  
statim post illius obitum sublata, bellum inter Carolum & Cal-  
los successit, quod brevibus subinde inducijs interceptum, totos  
fecit 40. annos duravit.

Sed priusquam de Caroli adolescentia, & initijs gubernationis, ad quam in Belgicis prouincijs, anno ætatis decimoquinto; in Hispaniæ regnis, decimo septimo peruenit; plura dicam: breuem patris Philippi, qui Caroli potentiae & amplitudini fecunda fundamenta iecit, mentionem intexam. Extinctis enim paulo antè in Hispania, Ioanne, regum catholicorum filio; & filia primogenita Elisabetha: & ex ea nepote Michaële: reges, Philippum generum, cum coniuge Ioanna, quæ inter tres superflites filias natu maxima erat, ex Belgico in Hispaniam euocant, vi hereditariæ regnorum successioni à populis Hispaniæ, præstito illis fidei & obedientiae debitæ iuramento, inaugurateur. Id iter exente anno 1501. per medias Gallias suscepimus, splendidissimo Panegyrico in laudem Philippi principis patriæ reducis scripto, & de omnibus boni principis officijs simul monente, Erasmus postea celebravit.

1497.

1498.

1500.

1518.

Die 10.  
Martij.

504.

Philippus accepta in Hispanijs populorum fide, cum virtute custodem & magistrum ab adolescentia adhibitum Franciscum Buslidium, archiepiscopum Bisontinum (cuius frater Hieronymus collegium trilingue Louanijs postea instituit) & alios immiliare & earos, cœli inclemencia Mardriti amisisset, in eunte anno 1503. rursum per Galliam, cuius rex, cum Ferdinando socio apertum bellum in regno Neapolitano & ad Pyrenæi radice gerebat; multum dissuadente socio, quæ Hispaniæ gentis animos & mores diuturniore consuetudine cognoscendos, nec hostilimilliae Austriacæ & Hispaniæ Gallo fidendum esse monebat; redein Flandriam instituit, relicta in Hispanijs coniuge gratuidate Ferdinandum filium, Caroli fratrem, & postea in imperio successorem, Compluti, mense Martio genuit, eodemque mense post annum, è complexu matris, in Lauretano portu solvens, maritum in Belgicum secuta est.

Interea febri continua & lenta, regina Elisabetha, Caroli via, exente anno extinguitur. Quæ in testamento, si Ioanna filia laborem administrandi regna sua, recusaret, aut alia de causa sustinere non valeret; nulla Philippi generi mentione facta, manu Ferdinandi gubernationem regnum, donec Carolus nepos vicecesimum ætatis annum attigisset, commendarat. Verum Calel-

Castellani proceres quidam, Aragonijs infensi, & Belgæ prædæ  
inhabitantes, apud Philippum regem adolescentem instabant, vt gu-  
bernationem regnum Castellæ quam primum susciperet & Fer-  
dinandus sacer, Castellæ regnis omnino exiret.

Profecto igitur in Hispaniam Philippo, Ferdinandus sacer  
in regnum Neapolitanum discedens cum in Ebusam insulam 1506.  
peruenisset, nuncium de morte generi Philippi, septimo post-  
quam in Hispaniam apulerat mense extincti, accipit. Quare à Io-  
anna filia & archiepiscopo Tolerano Francisco Ximenio guber-  
natore reuocatus, vertente anno, regnum Castellæ administrat. 1507.  
pati auctam, vsq; ad annum 1516. retinuit, cuius ineuntis die 19.  
Januarij ex his terris deceffit. 1512.

CAROLVS nepos, ante annos animumq; gerens cu-  
rasq; viriles, & Belgicas prouincias iam gubernans, cognita cui  
materni morte, Regis Castellæ & Hispaniæ titulum statim assu-  
mit, sed iter in Hispaniam amplius sesquianno differt. Interēa  
Franciscus Ximenes Cardinalis senex, summo ingenio, pruden-  
tia, integritate, industria, autoritate, potentia, & longo Rei-  
publ. gerendæ vnu excellens, rigidi seruator honesti, nihil cu-  
ijsquam gratiæ aut potentia tribuens, nec vllis terroribus ce-  
dens, ac omnino Catoni illi Censorio, apud Liuum celebrato  
similis, summæ rerum in Hispania, Carolo absente præerat, qui  
ex Regis & Reipub. maiestate & commodis omnia administra-  
bat, & institutis militum in singulis vrbibus delectibus, quos præ-  
fidia Reipub. nominabat, mandata regis & senatus ac iudicium  
seuerē exequebatur.

Carolus in Hispaniam excunte Septembri appellens, salu-  
tata Turdesillis matre ægra, Pinciam, quæ nunc Vallidoletum  
nominatur, ad indicta procerum & vrbium comitia venit, in qui-  
bus sequentis anni initio, Hispaniæ regnis summo cum populo  
rum applausu inauguratus est. Esi enim, qui summis consilijs in-  
aula præerant Belgæ, præfecturas & magistratus publicos. Hispa-  
nis attribui consuetos, exteris hominibus auare statuto precio-  
vendebant, & immunitates, priuilegia, literas, & omnia quæ in-  
aula petebantur, venalia habebant; quæ res ciuili bello occasio-

nem postea, Carolo ad Belgas redeunte, p̄t̄ebuit; tamen heretici, bonitati, iusticiæ, modestiæ, comitati & mansuetudini Caroli, cunctorum animos ad sui amorem admirationemq; rapienti, & omnium corda sibi deuincenti, offensiones illæ tum condonabantur.

Venerat paulò antē ad regiam, accusatus, ex Hispaniola novi orbis insula, 310. gradui long. 20. latit. subiecta, Didacus Commissarius maris p̄fectus, Christophori Columbi Genuensis, qui admirando ad omnem posteritatem ausu & industria primus ignotum anteā omnibus, & inaccessum orbem illum peruestigare cooperat, & primum in ea insula Hispanorum domicilium collocarat, filius. Is immanem Hispanorum militum in homines insulanos velut mancipia bello capta crudelitatem reprimere ac lenire Caroli autoritate; eosq; solo dominorum nutu anteā stantes aut cadentes, in vicis & oppida redigere, & ciuilem vitam degere, & religionis Christianæ doctrinam discere cupiebat. Esi autem frementibus Hispanis militibus, & libidini ac tyrannidī suū frēnos injici indignantibus, multæ salutari huic instituto remora obieccebantur; tamen id initium fuit libertatis prouincialium vindicandæ, & Episcopos in Nouo orbe certos ordinandi, quorum circiter viginti a Carolo deinceps instituti sunt: tribus archiepiscopis, S. Dominici in Hispaniola, & Mexici in noua Hispania & Regij in Peruana, subiecti.

Long. 100.  
Lat. 8. Est enim totus hic nouus orbis, qui à freto Magalanico ad terram Corterealis, ad 1300. milliaria Germanica porrigitur, in duas ingentes peninsulas (Americam seu Peruanam, & Nequam Hispaniam) angusto inter se Isthmo ad Panamaidem coherentes; & congeriem insularum Chersonesis interiectarum, ex quibus clarissimæ est Hispaniola; diuisus. quarum singulis singulis archiepiscopi postea sunt p̄fecti. Nam circa hæc initia regni Caroli, solæ adhuc insulæ & aliquot continentis Americae, ab Americo Vespucio primum reiectæ littorales prouinciae; Paria, Campana, Granata, Terra Firma, Dariene, quæ primum continentis noui orbis episcopum Ioannem Cabedum habuit, & exiguus versus meridiem tractus peruestigatus fuit; & Bresilia, Peruanæ orientæ

Orientem versus contigua, à Lusitanis iam tenebatur. Qui orientem 1497.  
talem Indiam primum Vascho Gama duce ingressi, iam Tapro-  
banem & Malacam, olim auream Chersonesum, è directo Peru-  
nis antipodibus aduersam, ad Moluccas insulas usq; Aequatori Long. 170.

subiectas & aromatum fertilitate beatas, processerant.

Præterire autem hoc loco Ferdinandi Magalani, nobilis Lu-  
sitanus, & viri magnanimi, mentionem nequaquam debo, qui al-  
tero post Caroli in Hispaniam aduentum anno nouam ad Mo- 1418.

luccas, velut ad regis Castellæ imperium spectantes viam, per oc-  
cidentem, se aperturum Carolo ostendebat. Cùm enim Castella- 1492.

n, Columbo duce, terras nouas in occidente vestigare cœpissent;

& Lusitani anteā meridiem & orientem versus Africæ oram le-  
gentes, loca quædam occupassent: Alexander VI. P.P. inter Io-

annem II. Lusitanæ, & Ferdinandum Hispaniæ tum reges, limi- 1493.

tem constituit, meridianum, centum milliaribus ab insulis Azo-

res seu Falconum (ex quibus una est Tercera, quam Antonius  
Lusitanus, cum Philippo Caroli filio de Lusitanæ regno contem-

dens, belli arcem his annis habuit) & Hesperidum seu Capitis vi-

ridis (quas circiter tredecim, ex opposito eius nominis in Africa  
promontorio, inter ostia Nigri Aethiopæ fl. prominentem,

sic nominant) occasum versus distantem. Vnde quicquid in occi-

dentem nauigantibus Hispanis incognitæ terræ usq; ad grad. long. 1500.

180. aperiretur, id omne Castellæ regis esset, quicquid autem in

orientem, ad totidem gradus, Lusitanis cederet. Postea ut Bres-  
tiam rex Lusitanæ à Petro Caprali präfecto suo tempestatibus eō

cincto, occupatam retineret, noua transactione ad tercentum mil-  
liaria hunc limitem à primo meridiano promovit, vt. 36. gradus  
à Lyisbona (quæ vndecim gradus à primo meridiano distat)

abesset.

Cùm igitur Magalanus, ducto secum mathematico Rode-  
rico Falerio, ex Ptolemæi numeris, qui Indi fl. ostio. 115. Gangis  
155. aureæ Chersoneso. 160. gradus longitudinis tribuit; demon-  
strasset, Moluccas insulas, quæ adhuc 40. gradus inde abessent,  
extra limitem 180. gradus Lusitanis statutum ad alterum hemi-  
sphaerium Hispanis concessum pertinere: Carolus quinq; nauium  
classis

classe instructum Magalanum, ad Maluccas novo itinere per occidentem adeundas dimittit. Qui animi magnitudine penè plus quam humana, ignotas terras & maria lustrans, ad 53. latitutem astrinæ, gradum æquinoctialem transgressus, Fretum, quod ab eorum nunc Magalanicum appellatur, inter Peruanam & polo Antartico subiectas terras aperuit, per quod orientem versus cursum Moluccens, et si ipse in insula Mautama, penè in conspectu Moluccorum, per insidias cæsus fuit: tamen duæ ex ipsius nauibus ad Moluccas pertinuerunt. Quarum vna toto terrarum orbe, auctoritate Caroli circumnauigato, in columnis, Hispalin rediit, vbi reliqua illius, memoria posteritatis causa, iure meritoq; servantur.

1522.  
8. Sept.

Præbuit autem hæc Magalani indicatio, & inde ortum inter reges vicinos & affines dissidium, Lusitanis occasionem, situ & interualla illarum regionum, aliquot eclipsibus Lunæ pariter in India & Lusitania per homines peritos, à Petro Nonio mathematico instructos, obseruatis, diligentius explorandi. Cum igitur animaduertissent, vnam & eandem lunæ eclipsin, quæ in Dienti urbe ad ostium Indi, media nocte cernebatur, Lysibona exoriente luna, noctis initio conspici: ac semper lunam, Di; aut Cambaiae, ad Indi ostia, sex horis antè, quam in Lusitania, deficere notaissent, interuallum inter Lysibonam & Indi ostia, proximum, esse non-ginta graduum deprehenderunt. Inde inter Gangis & Indi ollia, 150. miliaria German. seu decem aut undecim gradus, rectissima linea, per basin chersonesi (in qua Calecuti, Decani, Narfingæ &c. regna sunt) ducta, interesse attenderunt. cum Ptolemæus, (qui terras illas ipse non lustrasse, sed à nautis fide dignis, imperitus item, iter illud, quod longissimis ambagibus chersonesos circumnauigando ipsi confecerant, 350. mil. spacio metentibus, in extremum ductus esse à Lusitanis scribitur) triginta gradibus spaciis illud definierit, perinde ac si Afer aliquis, harum Baltici littoralium regionum imperitus, Cimbricam chersonesum nobis vicinatum ab Albis ostio, usq; ad Drauum Lubecæ portum, nauis amplius 150. milliarium seu tredecim graduum spacio circumiens: tanto interuallo Albis ostium à Drauo abesse domi referret, cum recta linea per basin Cimbricæ chersonesi ducta, vix tres gradus seu 10. milia-

## INDICA ELECTIO CAROLI.

179

miliaria complectatur. Idem in alterius chersonesi Indiae, cuius  
extremam oram aurea chersonesus, Malaca hodie dicta, & obie-  
cta illi Taprobana insula hodie Samatra obtinet; descriptione  
Ptolemaeo accidisse aiunt, cuius numeris in recentiorum Geo-  
graphorum tabulis emendandis haec Lusitanorum explorations  
accuratae, occasionem primam dederunt.

Hæc studiosorum cognitione dignissima, paulò prolixius 1519.  
commemorate malui: quam in omnibus nota Historia electio- 15 Junij,  
nis Caroli Imperatoris Romanorum declarati: & navigationis in 1520.  
Angliam & Belgium ac coronationis Aquisgrani; & comitos, 1521.  
rum VVormaciæ, in quibus Lutherum fide publica ad se voca-  
vum & auditum proscripti: & belli Hispanici, Gallici ac Me-  
diolanensis, cum Francilico Galliae rege statim secuti, & totum  
ferè decennium continuati; quæ plurimorum scriptorum, qui in  
omnium manibus sunt, monumentis luculentè exposita est; im-  
morati. Pauca tamen, ex illis temporibus, pietatis, clementiæ,  
ac bonitatis Caroli exempla delibabo, vbi de electione Imperato-  
ris hoc unum monuero, singulari consilio & beneficio Dicitur, vo-  
lentis Ecclesiæ & Reipublicæ opem & salutem ferre, Electorum  
deliberationes in eo senatu gubernatas esse. Cum enim post  
Maximil. obitum, diuersæ sapientum de creando Imp. opinio-  
nes, diuersa electorum studia, & factiones essent: & duo po-  
tentissimi principes, Franciscus Rex Galliae, & Carolus no-  
ster, Imperium ambirent; & vterq; sibi addictos insenatu  
electorum amicos & suffragatores haberet: diuinitus hoc  
consilium Friderico Saxoniæ Duci, & præsidi senatus Al-  
bertio Moguntino suppeditatum est, ut primum iurarent elec-  
tores se nullam electionem publicè renunciaturos esse, prius  
quam unus aliquis communī consensu designatus esset. Alio-  
quin enim dissentientes electorum suffragationes, horribilibus  
discordijs & bellis Germaniam totam implicaturæ fuissent. Tan-  
tu disputationes, cum Gallici regis causam se obtinere ipsius suf-  
fragatores non posse cernerent, ad Fridericum Saxoniæ ducem  
imperium detulerunt. Is vero se alienissimum ab ambitione,

## 180 CAROLI IMP. ELECTIO

Gott hat  
vns einKey  
ser geben  
zu gnaden  
vnd vngna-  
den, 1520.

& solam Reipub. salutem spectare ostendens, plane recusauit; nec  
quenquam alium, in quo cum summa potentia & felicitate, vi-  
tus tanto muneri sustinendo par sit, quam Carolum sibi videt,  
constanter pronunciauit. Ita Carolus, in Hispanijs absens, com-  
muni electorum consensi tandem renunciatus est, ex qua renun-  
ciatione in hospitium reuertens Fridericus, sapientis, dixit, Impe-  
ratorem hunc a Deo nobis propicio & irato datum esse.

Carolus significata ipsi electione, in Germaniam redijt, &  
accepta Aquisgrani Cæsarea corona; VVormacie, prima impe-  
rij sui comitia, in eunte anno 1521. habuit, in quibus forma guber-  
nationis & senatus imperij, absente Carolo Rempub. administrari-  
tur, & Cameræ iudicio, & pace publica, & alijs ad Germaniam sa-  
lutem pertinentibus negotijs constitutis: ad bellorum cogitatio-  
nes se conuertit: quorum occasionibus & historijs relictis, pauca  
tantum, vt dixi, pietatis & clementiae Caroli exempla, decr-  
tam.

Cum enim VVormatia, non longis interrallis, de regno  
Nauarræ à Gallis occupato, de Belgia populationibus, & Hil-  
niæ tumultibus nuncios accepisset: palam testatus est se iuiliū  
& repugnantem ad arma trahi, ac dolere se, Turcis, qui in Vnu-  
ria Belgradum oppugnaturi essent, intestinis bellis viam in Ge-  
maniam sterni. Orare autem D E V M, vt sibi, Rempublicam ordinis  
Christiani tranquillam & florentem perpetuò manere cupienti,  
opem offerat, & in causa iusta adiutor, custos & vindicta  
adfit. Has preces pluribus verbis à se conceptas quotidie recitat  
solitus est. Nec tamen, vt à pueritia assueverat, Horas suas seu pre-  
ces canonicas, in militia & domi, legere intermittebat; ita vii  
miliares, precum illius assiduitatem & prolixitatem cernentes.  
CAROLVM, alioqui natura taciturnum, S APIVS CVM  
DEO QVAM CVM HOMINIRVS LOQVI dicerent.

In Hispania, populi, non vt aiebant, contra regem, sed con-  
tra ministros regios, Belgas præcipue, officia & magistratus o-  
mnes ac Rempub, venalem habentes, concitati, sanctæ Giuntae  
seu popolorum communis conuentus nomine, spreta regionum  
præsidium

præsidium autoritate, Rempub, administrabant. Hi alicuius auctoritate prædicti capitulis habendi cupidi, Ferdinandum Calabriæ ducem Friderici postremi ex Alphonsi posteris, Neapolitani regis 1504. filium, magno Consaluo olim Tarenti deditum, ex Sarabiæ arce 1512. in quam Ferdinandus, Caroli avus, in bello Nauarréno, eum, suum, suam in Gallorum castra parantem, coniecerat extraxerunt. Sed is arma contra regem sumere recusans, e carcere discedere noluit. Itaque Ioannem à Padilla Toletanum, Bracium Salamanticum, Maldonatum & alios duces legerunt. Quos Junius Velascus dux Friasiorum Comestabilis & Fridericus dux Medinæ maris prefectus, coeisis seditionis copijs, postea ceperunt, & Gallos, redeuntibus ad Cæsaris obedientiam Hispaniæ populis, ex Nauarræ regno iam occupato, rursum profligarunt, & pristinam tranquillitatem perturbatae Hispaniæ restituerunt.

Cæsar in Hispaniam reuersus, & Iusticiæ exemplum, 1522. compluribus seditionis autoribus severè punitis; & Bonitatis ac clementiæ, multitudini seducte parcens ac condonans, & Grati animi ac remunerationis fidei & officiorum sibi præstitorum editi, dum & cæteris, qui in fide manserant, munificè & prolixè repedit, & Ferdinando Calabriæ duci, ex carcere liberato, Germanam, Ferdinandi regis Hispaniæ viduam, iuuenculam, sed sterilem, in matrimonium dedit, forte eo etiam consilio, vt Alfonsi senioris Aragoniæ regis progenies in eo finiretur.

In Mediolanensi bello, quod Leone X. pontifice per Iulium Card. Medicen, qui postea Clemens VII. fuit, incitantæ, restituendæ Sforciae causa, aduersus Gallum, suscepserat: & aliquor annis ab omnibus, ac ipso pontifice Clemente in Italia indignissime Anno 1521. deserptus ac proditus, gesserat, cum tandem illustrem victoriæ exente. ipsò tege Galliæ Franciso ad Ticinum capto, adeptas esset: summae pietatis, sapientiæ & modestiæ significationes multas & insigne ostendit; cum nuncio tantæ victoriæ, & captiui Galliæ regis literis supplicibus acceptis, statim ad templum Deo gratias acturus concessit, nec aliorum more, ignibus aut campanarum sonitu, alijsue modis, lætitia signa, victorijs de religionis nostræ

nostræ hostibus, non de Christianis, vt aiebat, debita, edi passus est. Gratulantibus verò respondit, fateri se, gratam sibi esse hanc victoriam, eam præcipue ob causam, quod tam illustri testimonio Deum sibi, ab omnibus amicis deserto, propitium esse videret: & nunc sibi, ad Ecclesiæ & Reipub. Christianæ tranquillitatem & pacem restituendam aditum faciliorem præberi speraret: & maiorem de amicis benè merendi, inimicis verò ignoscendi facultatem esset habiturus (libet enim eadem verba, quæ gratissimus historiæ temporum illorum scriptor à Cæsare usurpata recitat, rei-nere) & quamvis hanc victoriam propterea quod nullus amicorum sibi ad eam consequendam opem tulisset, totam sibi iure vendicare posse videretur: velle tamen eam cum omnibus communicare. Cumq; Venetum legatum, Reipub. suæ facta purgantem audiuisset, ad eos qui astabant conuersus, eius excusationes veras non esse, sed tamen velle se eas tanquam veras admittere & accipere, dixit. Talibus in summae sapientiæ & probitatis verbis ac significationibus ubi aliquot dies perseuerasset, vt quemadmodum consueverat, prudenter & moderatè ageret, conuocato senatu, quo paecto se cum Galliæ rege gerere deberet, & ad quem finem hæc victoria esset dirigenda, ad consilium retulit

Ibi Episcopus, confessor regius, qui veteri more primo loco sententiam in consilio regum Hispaniæ dicit, cùm à D<sup>o</sup> o tantam Carolo victoriam donatam esse constet, vicissim ad Dei gloriam & communem orbis Christiani pacem constituendam, & Turcas ac hæresin Lutheranam extirpandam referri eam debere: Ideoq; regem captiuum, nulla pactione alia, nisi quæ ad perpetuam amicitiam & pacem & Christianæ Reipub. salutem pertineat, quam primum libertati restituendum esse suadet. Ita enim perpetuo Gallum accepti tanti beneficij memorem, & Cæsari amicum & fidum esse mansurum ostendit.

Fridericus Albæ dux è contra, hoc tantæ victoriæ diuino munere, Imperij & monarchiæ Romanæ autoritatem & potentiam, ab alijs oppressam, rursus iustaurandi (qua recuperata Dei gloriæ & Reipub. utilitati maximè prodest possit) occasionem nullo modo negligendam, sed quam maximum fieri possit victoriz

victoriae huius fructum percipiendum esse disputat. Nam quod episcopus, Galliae regem, pro tanto beneficio, Cæsari gratum & fidum fore existimat: id hominum naturam & mores diligenter consideranti, prorsus contrarium videri. Nihil enim celerius memoria beneficiorum apud homines interire, & quo maiora sint beneficia, eo maiore maleficio visitate compensari. Et quos eō redactos fuisse, ut beneficio opus habuerint pudet: eosdem se illud accepisse indignari, & à Gallis præcipue, qui natura leues & insolentes sint, animum constantem & gratum frustra sperari.

Hanc sententiam cum cæteri senatores secuti essent, Cæsar, ut solebat in deliberationibus audire solummodo consiliariorum sententias, nihil autem illis præsentibus, sed suo iudicio solus postea quid facturus esset, constituere: tunc quoq; dicentes attente audierunt, nec tamen quid secum decreverisset, declarauit.

Postea vero mense Februario anni 1526. cum paulò ante Sibiliae, Elisabetham Emanuelis Portugalliae regis filiam in matrimonium duxisset; grauissimis conditionibus, ac inter cætera ducatus Burgundiae restitutionem à Gallo pactus, quantumuis reclamante Mercurino, & regem non seruaturum prædicente, ideoq; pactionis tabulas ex officio subscribere recusante, eum dimisit.

Renouato autem per liberatum ex custodia Galliae regem, Pontificem, & Venetos bello; Carolus denuò se inuitum & coactum ad arma retrahi testatus, & Deum innocentia sua, & iustæ causæ vindicem forè confidens, inter hos Christiani orbis intestinos motus & bella ciuilia, magnæ sibi consolationi esse dixit, quod interea innumere noui orbis gentes, Christianam religionem cùpide amplectentur.

Nam biennio ante in amplissimum nouæ Hispaniae in novo orbe imperium, à Ferdinando Cortesio, marchione Vallense, Caroli Cæsaris auspicijs, anno 1520. & sequentibus, tormentorum præcipue miraculo populis terrefactis, occupatum, Martinus Valentinus cum duo decimi collegis missus erat, ut Mexicium, quæ vrbs totius regni metropolis situ & frequentia cùpimum, Venetæ similis perhibetur; Christi doctrina & religione populos illos (quorum plerosq; lingua Saxonica seu Belgica anti-

1526.

275. long.  
20. lat.

quitus ut intelligo) imbueret, & Ecclesiæ constitueret. ex quibus suprema in vrbe Mexico, & septem aliæ in reliquo regno episcopales, Xaliscæ, Mechauacæ, Guaxacæ, Tascalæ, Guatimalæ, Chiapæ & Nicaragua, tum fundatae fuerunt. Eriam Franciscus Pizarrus, maris austri, quod Blascus Nonnius, transito ad Darienem Isthmo primus inuenerat, Peruuiæ littora, trans aquatorem perlustrare coeperat, in quam colonias aliquot, ipse postea precepit à Carolo constitutus deduxit, ac proregis & arciepiscopi fide, Religionij, quæ vrbs, 290. gradus long. & 13. lat. austriæ habet, ecclesia, longè lateq; Christianam religionem in amplissimis Peruanis regionibus imperio Caroli subiectis, propagavit.

Sed in nostrum orbem Etropeum redeo, cuius Pontifices ambiguae & fluxæ fidei, Clemens VII. aperte iam Cæsariorum hostibus federatus, & regnum Neapolitanum intuadens, ab exercitu Cæsariorum, ad defensionem Neapolis proficisci, quem Charles Burbonius ducebat, vrbe Roma direpta, captus, & omnes ipsius & arces vrbes in CAROLI Imp. potestatem redactæ sunt. Qui optata hac occasione, veterem Romani imperij sedem, potentiam, & maiestatem, à pontifice hactenus usurpatam, in Italia recuperare, & stabilire potuisset. Sed reverentia loci Apostolici, & quadam ratione, gionis opinione, quæ in animo benè instituto plurimum valeret. Hispaniorum antistitum ac principum superstitionis obseruantia, non solùm publicæ lœticiæ signa, quæ tum nato Imperatoris filio Philippo edebantur, inhiberi iusserit: verum etiam post octo menses, Clementem pecunia tantum & iure patronatus in regni Neapol. episcopatibus multatum, in pristinam amplitudinem & potentiam integrè restituit.

Potesta occupante regnum Neapolitanum, & Neapolini ostendente Gallico exercitu: cum navalii prælio, prorox Vgo Mondada cæsus, & Alphonsus Vastius, Columna, alijq; duces Cæsariorum à Gallis capti, & omni maris vnu priuati essent: plane desperatum de rebus Cæsariorum eo in regno putabatur. Sed DEVS pro Cæsare pugnans, pestilenti lue, maximam Gallerorum exercitus partem, vnu cum duce Odetto Fuxio Lautrechio deleuit.

Sic D E V S se præsentem Carolo, ad quem opprimendum  
toties summorum in Europa regum, Papæ & Venetorum poten-  
tia conjuncta fuit, a deesse, mirandis victorijs ostendit: & autoritate  
ac felicitate eum armavit, vt Germania sub ipso mediocriter trans-  
quilla fuerit, Cogitemus etiam Deum, arcano consilio, bellis Itali-  
cis, toto sereno nouenio Carolum occupari hac etiam de causa vo-  
luisse, vt tutius & latius in Germania & vicinis gentibus spargi &  
propagari iux veræ Evangelij Doctrinæ, & Ecclesiæ teneræ con-  
seruati & crescere ac confirmari possent. Hæc D E I consilia e-  
uentus deinceps ostendit.

D E O igitur Carolum vbiq; protegente, & victorias ipsi de  
hostibus insignes tribuente, pacem ab eo pontifex & Gallus, &  
Bononiae postea Franciscus Sforzia & Veneti supplices petunt & 1529.

Inde compositis Italæ rebus, & Imperij corona à pontifice 1530.  
accepta, in Germaniam ad comitia Augustæ in dicta, & religionis  
dissensiones à Luthero motas, amicè & placide componendas,  
prefectus est. Vbi doctrinæ ecclesiarum nostrarum confessionem  
a Ioanne electore Saxonie & coniunctis principibus postulauit,  
cuius exhibitæ historiam copiosius alibi expositam meministis.

Etsi autem edictum contra ecclesiæ nostræ asperius in eo 1531.  
convenit edidit: tamen cum Moguntiæ paulò post, Albertus ar-  
chiепискopus Mog: & Palatinus Ludovicus de Germanie pace  
cum eo colloquerentur: & Heldus vicecancellarius, Cæsaris astan-  
tis nomine durius respondisset, Cæsarem qui alia etiam regna ha-  
beret, decretum aduersis hæreticos in comitijs factum, etiam si-  
va lanza esset Germania, exequi decreuisse; Cæsar hunc interpel-  
lans dixisse scribitur: Hæc non iussi te dicere. Nolo enim vastari  
Germaniam, quia & patria est, & sumnum ab ea imperij decus  
acepi. & imperator saluti orbis terrarum, quantum potest, DEO  
iuante, consulere deberet. Data igitur Muguntino & Palatino de  
pace cum protestantibus agendi potestate, confectam tandem Ra-  
tisponæ confirmauit.

Inde Viennam, vt Turcas ingentibus copijs in Germaniam  
irruentes arceret, recta descendit: vbi S olymainus, virtute & felici-  
tate Caroli teritus, statim in Thraciam regressus est.

Triennio

1535. Triennio post acerrimo ad Tunetam prælio profligatis Tuncis, Muleassem ab Hariadeno pulsum restituit, & Christianatum gentium Siciliæ ac Italæ littora, piratarum incursionibus, aliisque vexari solita, liberavit. Constitutis rebus Africanis & purgatis, 1536. piratis mari, Panormum in Siciliam traiecit, & per Neapolinam, Senas, Florentiam &c. facto itinere, expeditionem aduersus Galliæ regem (mortuo Sforzia, Mediolano rursum inhabitatem) in prouinciam infeliciter suscepit. Sed constitutis postea Necessitate, Pauli III. Pontificis intercessione, decennij inducijs, in Hispaniam reuersus est.
- Anno 1540. ineunte, per medias Gallias prosector, oras Gandaui tumultus sedauit, & in Germania anicas de compendis religionum controversijs collocutiones, Haganœ, VVarmaciacæ & Ratisbonæ instituit. Inde Mediolanum & Genuanum 1541. prosector, ad Algieræ, quæ Iulia Cæsarea olim fuit, obsidionem, in Africam traiecit. Vnde tempestatibus horrendis depulsas, in Hispaniam rediit, fama de morte ipsius passim dispersa. Sed renouato per Galliæ regem bello, & VVilhelmi Principis Cleuenfis, qui Geldriam occupauerat, ducibus in Brabantiam excursiones scientibus, reuiviscens in Germaniam reuertit, & Iuliacensem armis domitum, supplicem, ac Geldria cedentem, in gratiam recipit. Sequenti anno Gallum, qui Turcicam classem Barbarolla 1543. ce in Galliam euocarat, hostem imperij Spiræ a se declaratum sumptibus & auxilijs Germanorum ordinum adiutus, ac ferocietatem vsq; progressus, ad pacem petendam denuo coegerit.
1546. Secutum est bellum Germanicum & post victoriam nos-  
1547. de religione leges, quas cum fetierius exequi Carolus coepisset, se-  
1548. tuna ipsius, vt Bellerophonis Pegaso in cœlum euolare conani & excussi mutata est, dum Mauricius elector Saxonie, & principes foederati eum pro concilio Tridentino excubantem, Cenipal- fugarunt, & pacem dare doctrinæ ecclesiæ nostrarum, & pri-  
1552. cipes captiuos dimittere, compulerunt. Quo ipso anno, in via Metensis obsidione, metam, prosperi successus bellorum Caro- habuerunt.

## BELLA CAROLI.

187

1555.

Quare triennio post, resignato electoribus Imperio, & o-  
mnium regnorum & prouinciarum Belgicarum gubernatione  
filio Philippo tradita, reliquum vitæ spaciū in assidua precatio-  
ne & lectione sacra & religiosis exercitijs & cultibus, Deo imme-  
diatè seruientibus consumere, & se ad piam & beatam ex hac vi-  
ta migrationem præparare decreuit. Exeunte igitur anno 1556,  
cum Leonora, & Maria sororibus in Hispaniam nauigans, mo-  
nasterium D. Iusti, in Bæticæ, Castiliæ & Lusitaniæ finibus, octo  
à Placentia letucis diffitum, reliqua vitæ sedem sibi delegit, quam  
anno Christi 1558, die 21. Septembri, placido & beato sine, de  
quo posteā dicemus, conclusit.

Prius enim de ingenio, moribus, & priuatae Caroli vitæ  
consuetudine plura, consideratione & memoria prudentum di-  
gua recitabimus.

Naturæ vis in eo prorsus admiranda fuit, ut sapientissimos Ingenium  
senes consilio & ingenij sagacitate vinceret. & virtutes  
Ingenium graue, cautum, circumspectum, ideoq; cunctan-  
tius : & tamen, ubi tuendæ dignitatis decus aut necessitas postu-  
labat, expeditum, acre & flagrans erat.

Confilia non ex alienis cogitationibus, sed proprijs, senili  
maturitate exquisita & elaborata, præsentibus negotijs & tempo-  
ribus aptè accommodabat, & tegebat, ac sœpè mirati sunt sapien-  
tes, Carolum cum uno & altero, tam magnarum rerum confilia,  
& capere animo posse, & tantisper occultare, dum rerum geren-  
darum tempus adesset.

Animi excelsi atq; intuiti magnitudo & firmitas, cum a-  
more iusticie, æquitatis & moderationis singulari coniuncta fu-  
it, quam fiducia præsentia Dei, quotidianis precibus ab eo culti,  
& conscientia bona, cum non nisi necessaria defensionis aut offi-  
cij ratione bella susciperet, sustentabant. In periculis impavidus  
& mortis contemptor fuit, adeo vt in castris sœpe, & in ipso iu-  
uentutis flore, recitatis Pauli verbis ostenderet, se alterius vitæ &  
confuetudinis cum Christo beatæ cupidum esse.

Eandem in rebus secundis & aduersis vultus constantiam  
& tranquillitatem retinuit, vt in eodem cubiculo quotidie cum  
A a ipso

ipso versantes, nunquam læta vel tristia ad Carolum allata ex eius vultu deprehendere possent. Nunquam enim regius ipsius animus nutante vel acriter etiam urgente fortuna abiecit le demissit, vel prospero & secundissimo flatu aspirante, insolentius se efficerat iactare solitus est.

Cum de imperio Mediolanensi, desertus a socijs, & ab omnibus oppugnatis, certaret, nunquam ullis aduersarij condictionibus aut minis adduci poruit, cum in dubia adhuc victoria versaretur, ut ditione illa se Francisco Sforzæ cestirum polliceretur, ne quid animi sui magnitudine & augusta maiestate in dignum, metu aut necessitate impulsus fecisse videretur. Postea vero, omnibus aduersarijs gloriose superatis, & ingentibus partis victorijs, vndiq; victor & triumphator, Sforziam supplicem in gratiam recipit, eiq; Mediolanensem Ducatum quem totum, multis regnis opulentiorum, in sua potestate Carolus babebat, attribuit: nec pecuniae tributum amplius, quam ante postremum se ipsum petierat, imponit: demonstrans se vere victorem quod se ipsum alijs parcendo vinceret, & animum omni sua fortuna maiorem & excelsiore gereret vere liberalem, & munificum, quod regnum dare, quam accipere, pulchritus iudicaret: vere Imperatorem magnum & iusticia præstantem esse, quod omnibus protegendi imperij cupiditatibus imperaret, nec ab alieenis solum, sed libetiam debitibus ditionibus, pacis & salutis publicæ causa ablinaret. Itaq; de Francisco Gallæ rege, perpetuo virtutis & amplitudinis sua æmulo, dicere solitus est, se, etiam si Galliam omnem expugnasset, tamen ei reddere velle, modo id exiguum, quod iusum esse contenderet, sibi relinqueret.

In aggrediendis rebus, & bellis præcipue suscipiendo, vbi sceleratem necessaria defensio non flagitabat, admodum circumspectus, prouidens, cantus & cunctator: sed semel inchoatis & susceptis planè *opasne*, industriosus, laboriosus & efficax erat, ut in Germanico aduersus principes & status præstantes bello, ad quod ab initio imperij, pontificum & alliedrum furijs assidue incitabatur, ostendit: quod, viginti quinq; annos dilatum; tandem non religionem, sed regionum & redditum alieno-

VIRTUT. ET APOPH. CAROLI. 189  
alienorum occupationes prætexens, acriter & strenue prosecutus est.

Natura grauis, & seuerus, mixta tamen comitate, & serenitate quadam vultus, sed à risu alieniore fuit, sicut Carolum magnum etiam raro risuisse legitimus, nec quidquam ab eius ore, nisi graue, & insigni sobrietate definitum, & sapientiae sale conditum, excidebat.

Acute igitur & breuiter ac salsè dictis, admodum elegans & concinnus, & tamen gratis & serius erat.

Anno 1540. ineunte, per Gallias proficisciens, Parisijs, prolixa oratione, exquisitas omnium virtutum summi Imperatoris laudes ei tribuente, ac plane in coelum efferente, exceptus est. Huic oratori breuissime respondit, gratam sibi esse regis affinis erga beneficentiam, sed laudes illas existimare se cō pertinere, ut commonefiat. Qualis esse debeat.

Antonio Leux & alijs ducibus, Iulij Cæsaris & Alexandri exempla laudantibus, nec vt Carolum suis victorijs, ad potentia & magnitudinis suæ amplificationem, quantum & posset & debet, querentibus, respondit: Alexandro & Iulio in bellis gerendis unum fuisse finem, Honorem & gloriam, Christianis autem regibus, duos esse propositos, Honorem & Animæ salutem.

Legatum Venetum quidam detulerat, quod tarditatem & lenititudinem ipsius culparet. Carolus vero nihil offensus, nuncquam mundum à bellis quieturum & respiraturum esse dixit, si ea celeritate, quam res & causæ plæruntq; postulant, bella statim moueret.

Cum à pontificebus Romanis, concilia, varijs in locis Manituæ, Vicentia, Tridenti, indici nec tamen quicquam agi aduertetur. Concilium ait, consilium est D<sup>r</sup>.<sup>s</sup>.

De comitijs Germanicis, in quibus religionis & Turcici belli negotium saepè frustra tractauerat; Diæta diætam parit, inquit; & partus suffocat matrem.

Cum ad vicinos Ingolstadio montes, Germanorum principum & ciuitatum foederatarum castra, lōgissimo spacio extenta

190 CAROLI APOPHTEGMATA.  
videret: Sunt ne isti omnes Germani? quærit; & benē eī inquit.  
cítō eis deerit consilium, & pecunia, & concordia.

Cum de principe quodam bellum moturo audiret: ignorat  
adhuc, ait, quid ad bellum requiratur.

Ipse in comparando exercitu, sc̄ CAPUT simere ab Italī,  
brachia & manus ab Hispanis; pectus à Germanis (quorum le-  
dem & robur maxime probabat) ventrem & pedes ex reliquo  
gentium collituie dicebat.

Neruos belli esse pecuniam, commeatus, milites, verum si  
ex ijs aliquo carendum esset, militem veteranum se electurum esse  
cuius industria & fortitudine, reliqua duo se ex hoste comparatu-  
rum consideret.

Rex Galliae Franciscus, cum 1544, propinquus cafris pur-  
gnam semper detrectaret: dixit Carolus, optare se Gallo vel plus  
audacia & felicitatis, vel minus verborum & odiorum inesse.

Trajciens aliquando Rhenum, quærit ex principe, qui au-  
lam ipsius tūm sequebatur, cur maiores nostri arcēs & praefidia in  
excelsis montibus extruxissent? cum responderet princeps, munici-  
tiores illis arcēs in editis locis vias fuisse: censuit Cæsar, rectius e-  
as in planicie collocari, propter aquationis, & inuehendi communi-  
atus, & tormentorū &aggerum commoditatē. Sed nunc, inquit  
sub terra quidā munitiones adificant, vt inferno sint preiores.

Multa etiam ēpavixātēga & aculeatoria ipsius dicta fue-  
runt, vt cū Gallico legato, post mortem Francisci Sforzæ, dic-  
atum Mediolanensem regis sui nomine poscenti, respondit, illi  
idem placere, quod fratri suo regi Galliae placere videret. Quibus  
verbis legatus, vt quæ optamus libenter credimus, Carolum alle-  
tiri putat, idq; ad regem suum statim perscribit, at Carolus, duca-  
tum Mediolanensem sibi non minus quam Gallo placere, idēq;  
a se non minori studio retinendum, quam a Gallo experetur.

In Anglia cū nobilissimum iuuenein, sententia Card: E-  
boracensis, qui iudicijs præerat, damnatum interfici audiret. In-  
dignum est, inquit, à cane lanij tam pulchram damam deuorari.  
nam Cardinalis ille Thomas Vulſeus lanij filius erat.

In comi-

CAROLI APOPHTHEGMATA.

191

1541.

In commitijs Ratisbonensibus, cūm multi principes Germani pro duce Iuliacensi Geldriam retinente, apud eum intercederent; dixit se tot annis conuentus de summis Republicæ negotijs in Germania egisse, neq; vnquam tot principes ad villam publicam deliberationem cogere potuisse, nunc causam nacti aduersus me, ecce, inquit, quanto numero conuenistis.

Hispanis quibusdam aulicis aliquando petentibus, vt Germanos satellites & alios ex aula dimitteret, idq; sine modo virginibus; coniucari Germanos iubet. His vultu ad feueritatem composito, indicat Hispanorum petitionem, &, venite, inquit, ego etiam sum Germanus: abeamus ex aula, ne illis deinceps molesti simus; & abire se ostendit. Germani satellites, & alij allies sequuntur, Sed Hispanis ad pedes Caroli abiectis, ac vt manaret, & veniam fluitiæ suæ daret, suppliciter petentibus, restitit, ac ignouit.

Cūm de Imperio deponendo deliberantem consiliarij horarentur, vt per alias negocia regni administraret, ipse nomen & autoritatem refineret. Ah, dixit, me præsente ita res administratis, vt omnes de vobis conquerantur? quid fieret si consilijs & rebus gerendis ipse non intercessim.

Admonitus aliquando in castris, vt leges Germanis militibus de vita hanc ebrietate ferret: respondit id perinde fore, ac si Hispanis interdiceret, ne furarentur.

In castris ad VVitebergam cūm de Hispanorum crudelitate & libidinibus enormia quædam ipsi significata essent: Profecto, inquit, si quod aliquando mihi accidet ingens infortunium, propter illorum nebulonum scelerá accidet.

In postremo ex Germania discessu, Vlissingæ ventos navigationi idoneos expectans, & in multam noctem cum D. Seldio fratre Ferdinandi legato locutus: cum ex familia in atrio partim dilapsa partim dormiente, dato nola signo, nullus appareret, Carolus ipse lychnum Seldio quantumvis recusanti præfert, eiq; per gradus deducto, Hoc tibi nil omentum, ait, Cæfaris illius Caroli habero, Seldi, tot exercitibus & excubijs quondam stipati, quem nunc solum, & à familia etiam desertum vides; & cui tu tot annos seruisti;

seruijsti; Is nunc tibi etiam seruijt & tibi lumen prætulit. Dixit enim in postremis illis congressibus Seldio, se in hac mutatione fortunæ agnoscere potentiam Dei, cui nequaquam velit repugnare.

Delectatus est toto vitæ tempore imaginibus virtutum Regiarum à Sole & Luna & motibus siderum sumpvis. Vt SOL in summo fastigio tardissime mouetur, nec alius inopi quam laeupleti splendet: sic Austriacos principes, in summum Imperii fastigium euctos, non præcipitare consilia, sed circumspicere & cunctanter agere, & lucem iusticiæ ac clementiæ suæ, summis & insimis pariter præbere decet. Vt Solis deliquia futuras errores etiam & calamitates publicas portendunt: sic regum errores etiam parui, magnam in rebus humanis perturbationem parunt. Vt LUNA, quia terris propior est, efficacius in hoc elementari orbe viam suam exercet: ita regum præsentia & vicinitas plurimum in motib. bellicis, ac togata Reipublicæ administratione, momenti habet.

Vt fulmen, cera & lana illæsa, æs & ferrum liquefatur: regum magnorum potentia, supplicibus parcens, cedit item rebellis. Vt Lunæ lumen singulis mensibus accrescit et decrevit: nec semper ver aut aestas est: sic perpetua vicissitudine rerum humanarum consilia & actiones variantur. Et certam præfens vix habet hora fidem.

Has similitudines, à rebus cœlestibus peritas, cum alloquia præcipuam ex astrorum & motus siderum contemplatione volatatem caperet, creberimè usurpabat.

Vt enim Iulius Cæsar apud Lucanum gloriatur, se media inter prælia, semper stellarum, coeliq; plagiis, superficie vacare: ita noster Cæsar, in ipsis castris, & medio belli ardore, siderum doctrinam colebat, & revolutionum cœlestium leges ac periodos considerabat.

Retulit amicis Petrus Apianus, se in bello Germanico, in golstadio ad Carolum in castra vrbi tum vicina, euocatum fuisse, ut in machina, certis rotulis orbes circum ducentibus, representante Planetarum motus proprios, aspicienti certius & accuratius singula monstraret. Cum vero, illo ipso die, qui Cal. VIIbris proxime antecessit, globi ex hostium castris emissi circumuoluntarentur,

gno agmine cœpissent, trepidante se & caput subinde inclinante,  
Carolus prorsus nulla timoris significatione edita, pedem loco  
nusquam nouisse.

Familiaris etiam Carolo, eiusdem belli tempore, Turri-  
nus Cremonensis mathematicus fuit, qui euentum belli Saxonici,  
antequām Vlma Cæsar moueret, prædixisse memoratur. 1547.

Nec verò mathemata tantum, sed omnia doctrinarum & ar-  
tium honestarum studia Carolus amabat & munificentissime fo-  
vebat. Historias autem, non Germanici tantum Imperij &  
Hispanici, sed etiam veterum monarchiarum ac regnorum, &  
imprimis sapientissimum scriptorem THVCYDIDEM, quem  
in Gallicam linguam luculentè à Claudio Massyliensi episcopo  
conuersum habuit, magna cum voluptate assidue legit. Idem  
iussit facere consiliarios, & posteā ex ijs quæsiuit, quid legissent,  
& sua cum illis contulit.

Adiunxit autem DE VS, Carolo, præstantissimos sapi-  
entia & virtute in Senatu togato & bellico viros, quorum consi-  
lijs, ductu, felicitate ac successibus res tantas in dissidijs orbis ter-  
tarum partibus administravit. Aulico Senatui post Syluagij, cuius  
iussu querelam pacis Erasmus scripsit, & cni de institutione prin-  
cipis libellum verè aureum Carolo dicatum inscripsit, obitum;  
Mercurinus Gattinaria, & post hunc Nicolaus Granuelus præ-  
fuerunt. Belli duces virtute & victorijs præstantes in Italia Anto-  
nius Leua, & Georgius Fronsbergius, res maximas gesserunt.  
In uoto orbe amplissimum Nouæ Hispaniæ imperium Ferdinandi  
di Cortesij industria & felicitate partum est. In Gallicis bellis  
Philiberti Auraniae principis, maximiliani Isestenij; & Lamora-  
li Egmondani fortitudo præcipue eniuit.

In togata vero administratione & aulico Caroli comitatu,  
ex singulis ipsius regnis, & prouincijs inferioribus, quatuor exi-  
mia virtutis & autoritatis delectos, duos familia equestri & toti-  
bus negocia, ex singulis prouincijs in aulam delata, primum deli-  
beranda exhibuit. deinde, si rerum grauitas exigeret totius aulici Se-  
natus de his cōsultatio instituta est, cui ipse crebro præfes intersuit

& singulorum sententias attente audiuit, & quæ in viramq[ue] partem consideranda essent disputauit, raro autem praefitibus consiliarijs conclusit, sed noctu plerunq[ue] voluntatem suam Leipzig comprehensam, Granuello & Atrebatensi exequendam deinceps tradidit.

Interior etiam & domestica Caroli vita honestissimum exemplorum, pietatis, temperantiae, frugalitatis, continentiae plena fuit. Nunquam iurare auditus est, nisi cum regnis inaugurate, aut foedera inita confirmaret.

Mane priusquam vestiretur, longa talari, sobrulæ iniecta genibus incumbens, orabat, deinde cubicularijs admissis, precas Canonicas legebat. Postea Republicæ negotia tractabat, His ad sacrum audiendum, quod nullo die negligere etiam in proficationibus solebat, accessit. A sacro rectâ ad mensam, in qua per fere solus & tacitus sedens, conuiua sua sine coniuria, moderata & frugalia, in publico serè, ut omnibus spectare ea licere, peregit. Sublata mensa, cunctis omnium ordinum infimæ etiam fortunæ hominibus adire eum, & alloqui, & supplices libellos exhibere licebat.

Ab ebrietate, & omni conuiuiorum, & vestitus luxu, & voluptatibus cæteris, non minus in adolescentia, quam virili & lenitate, alienissimus semper fuit. Cum Mediolanum anno 1541 aduentaret, foeminis nobilibus & plebe curiosa, pictam ex auro 1541, aubeam & fulgentem gemmis in capite Caesaris coronam expedita, ipse atra in lanea veste viliq[ue] pileolo, vultu etiam grati; prurumq[ue] hilari, urbem illam, quæ tot annos ipsius arma & victoriam experta & admirata fuerat ingressus est. A tyrannico fastu & contemptione ac despiciencia inferiorum adeo alienus fuit, ut caput etiam principi Ioanni Friderico, quoties eum præteriuit, reuegat et honorem reecto capite exhiberet.

1546.

Adulteria & libidinum turpitudines toto pectori execravit, cumquæ in bello Germanico, Farnesium pontificiarum copiarum ducem ingenuas aliquot matresfamilias per vim stupravisse intellexisset, ingenti Zelo exardescens, prehenso gladij capulo, sanguine inquit, adeset impurus ille, manu mea cum confoderem. Nec vero

MODEST. ET CONTINENT. CAR. 195

cem iracundiorem vquam ex Carolo auditam ferunt. qui statim  
Farnasiū, ex castris, quæ tum bello nondum confecto ad Bren-  
tam fl. hærebat, discedere & in Italiam redire iussit.

Carolo per Galliam iter facienti, & vbiq; regis iussu splendi-  
de excepto in arce quadam formosissima puella nobilis in cubicu-  
lum adducta erat. Quam gementem ac trementem vesperi inue-  
niens interrogat, quæ sit, & qua occasione illuc peruererit. cùm  
vero ipsam inuitam à parentibus inuitis & plorantibus, abstractam  
esse cognosceret: intactam parentibus remisit, ac quadriennio post  
in bello arcem illam dstruxit. 1544.

Ipse etiam casti pudoris decus, ac fidem coniugalem con-  
stante matrimonio cum Elisabetha Lusitanica ex qua Philippum  
& Ferdinandum, & filias, Mariam Cæsari Maximiliano, & Ioan-  
nam, Ioanni, Portugalliae regis Joannis III. filio, ante patrem extin-  
cto (cuius posthumus Sebastianus à rege Fesano in Africa recens-  
catus est) nuptas, suscepit, religiosè seruauit.

Familiam suam omnem præcipue charam habuit, & pater-  
na fide & benignitate complexus est, improbis ac morum turpi-  
tudine foedis ex contuberino illius exclusis.

In largiendis eleemosynis, ad redimendos ab hostibus capti-  
uos, ad nosodochia, gerontotrophia, in opum puellarum matri-  
monia, ad exules bonis suis iniuste spoliatos benignè subleuan-  
dos, omnium regum ac principum liberalissimus sine vlla often-  
tatione erat, deniq; tanta in eo pietatis, sapientiæ, benignitatis, &  
omnium optimi maximi principis virtutum præstantia fuit, vt  
miraculum naturæ sui temporis, à sapientibus & bonis quibus-  
dam viris, familiaritate ipsius interiore fruentibus, perhiberetur.

Vitæ igitur integræ, grauiter, probè & præclarè actæ, exitus  
etiam pius & placidus respondit. Habuit in ea solitudine Hiero-  
nymianorum fratrum, Carolus postremo vitæ suæ biennio fami-  
liarem, qui à confessionibus ipsi fuerat, Doctorem Constantinum  
virum grauem, piu[m] & præclarè eruditum. Is inter quotidiana &  
affida precum & laudum diuinarum à Carolo suscepta exerci-  
cia, adscriptorum Bernhardi lectionem, citatis in conso-  
latione, sententijs quibusdam insignibus eum inuitarat.

Bb

Cum

Cum enim subinde Carolus peccata sua lamentans nullum rationabile tempore diem se Dei seruitio, dignè, & ut parent, impendisse quereretur : Bernhardi verba ( in grauissimo corporis morbo & animi tentatione, velut ante tribunal Domini, Salhani ipsius indignitatem & delicta accusanti, hanc apologiam opponentis ) ei recitauit. Fateor non sum dignus Ego, nec propriis possimi meritis regnum obtinere cœlorum. Cæterum duplicitate illud obtinens, Dominus meus, hereditatem scilicet partis, ex merito passionis : altero ipse contentus, alterum mili donat, ex cuius dono iure mihi illud vendicans, non confundor. Item, Ante omnia fides quærenda est, de qua legitur, fide mundana meritis fidere, non fidei sed perfidiæ est.

Et concione tertia de Annunc. Auditam fac mihi manœ misericordiam tuam, quia in te speravi, neq; enim oleum misericordie nisi in vase fiduciæ ponis. Hæc vero hominis fiducia est, a se deficiens, & innitentis Domino suo.

In primis vero auream illam in Annunciatione beatæ Mariae concessionem ipsi commendauit, in qua consilium de redemptione mirando iusticiae & misericordiae diuinæ temperamento, in arcana diuinitatis consilio decretum exponit. ac inter cætera his verbis doctrinam de iustificatione disertè explicantibus vitetur. Necesse est primo omnium credere, quod remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei. Deinde quod nihil prorsus habere queas boni operis, nisi & hoc dederit ipse. Postremo quod æternam vitam nullis potes operibus promereris, nisi gratia detur & illa. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus &c. Ideoq; si credis peccata tua non posse deleri, nisi ab eo, cui soli peccasti, & in quem peccatum non cadit, bene facis : sed adde adhuc, ut & hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium, quod prohibet in corde nostro Spiritus sanctus dicens, Gratias iustificari hominem per fidem.

His Bernhardi dictis se mirifice deflectari & recreari Carolus ostendit. Itaque cum ad lentam tabem, acuta febris tandem accelerat-

recessisset; vt ab omni meritorum & operum priorum fiducia se auocare mentem, & in unicum redemptorem, & seruatorem nostrum Iesum Christum dirigere ostenderet: imaginem Christi crucifixi aliquot dies oculis, vlnis & ore complexus, in eo uno & solo se omnem salutis suae fiduciam collocare declaravit. & sumpta denuo Eucharistia, In me manes, inquit, dulcissime servator, ego in te maneam. Inter has voces, & veræ pietatis & fiduciæ in Christo acquiescentis significationes illustres, Optimus & sempiterna memoria dignus Imperator ex hac vita discessit, anno 1558. die 21. Septemb.

A Eterno & præpotenti Deo, cuius dona eximia sunt boni & sapientes principes, qui imaginem & vices Dei in regendis Imperijs gerunt, toto pectore gratias agamus quod ex nobilissima archiducum Austriae familia, longo ordine, bonos, iustos, & moderatos imperatores Germaniae largitus est. Inter quos, cum non potentia solum & amplitudine regnorum, sed sapientia & virtute etiam & felicitate Heroica Carolus excelluerit: testimonium beatitudinis & præsentiae DEI in hoc imperio, & tota Caroli gubernatione, grati agnoscamus & celebremus.

Nostræ etiam ecclesiæ, beneficia DEI, per Carolum sibi tributa, gratae considerent & prædicent. Cum enim emendatio Religionis, & lux Euangelijs accensa sub Carolo, & propagata sit: mirabiliter DEVS hanc mutationem, omnibus que vñquam sunt factæ à monarchis, regnorum conuersionibus insigniorem ita gubernauit, vt sub Carolo Imp. tanta autoritate & potentia prædicto bellum contra nostras ecclesiæ non mouente Germania plurimos annos tranquilla manserit, ne teneræ ecclesiæ in ipso lacte necarentur, sed Halcyonia, in quibus adolescerent & confirmarentur, aliqua haberent; & conderentur scholæ, in quibus lux doctrinæ accensa fouveretur & latius spargeretur.

Nec dubitemus Deum flexisse mentem Caroli, vt armis persecui nostras ecclesiæ, nisi causa prius legitimè cognita, recusa. It. Ideo Lutherum ipse audiuit, & seruata fide ipsi data, incolumem abire, etiam aduersantibus pontificijs permisit, a Pontifice Synodū, in qua religionis controuerſia p̄e cognosceretur, perpetuo flagitauit

deq; ea apud pontifices tergiuersantes per legatos & coram in Bononiensi congressu serio institit, Confessionem nostratum Ecclesiastarum Augustæ clementer audiuit: eamq; in diueras linguis vati, & ad aliarum linguarum principes mitti curauit. Pacem nolite Religioni dedit: conuentus & colloquia de componendis diffidis ac certaminibus religionis aliquoties haberi iussit, & ~~an~~ in aliquibus nostris & pontificijs ecclesijs haerentes, tolli volunt. Ratisbonæ conciliatum de iustificatione articulum legens toto pectore lætatus est, & Palatino Friderico se idem sentire ac probare dixit, quod etiam moriens declarauit.

Hæc beneficia non cogitantes & magnis facientes, profecti ingrati Deo & Carolo sumus. Etsi enim edita interdum asperiora propositit, & tandem bellum, non religionis, vt aiebat, sed regionum alienarum ab aliquibus occupatarum nomine mouit: tam & in bello gerendo & parta victoria, exceptis continuibus bellorum incommodis, à crudelitate & supplicijs abstinuit. Ipsius iam VVittebergæ, in suam potestatem redactæ, clementer peperit, & multò maiores confusiones ac ærumnæ tristiores principum victoriam secutæ fuissent, qui (vt usitatum est confederatos parta aduersus communem hostem victoria inter se belligaverant) mutuis lanienis vastata Germania se mutuo consecrarent.

Quod verò tentata post bellum conciliatio ecclesiastarum felix fuit: cogitemus voluisse Deum in hoc quoq; tam potentissime mundo ostendere, ecclesiam non regi humanis consilii, & tamen hic ipse princeps rursus pacem & ~~an~~ nostris ecclesijs postea concessit, & antea in victoria publicas calamitates sua bonitate leniit, & singulari consilio familias principum in estatu, in quo fuerant ante victoriam, reliquit. Restituit Gallum, reddidit Iuliacensi auitas possessiones. Electorum Saxonie dignitatem & ditiones, in familia Saxonica reliquit, vt verisimile à Mercurino dictum esse appareat, quod initio recitauit: Bene sedisse principes Germaniæ, quod Carolum Imp. elegerint, quia sicut

SAPIENS ET BONVS.  
Multi Cæsares olim, numismatis suis, epigraphen: Suorum Temporum FELICITAS addi curarunt. Id elogium multo verius Ca-

rius Carolo tribueremus, cum quo nascente omnes bonæ artes et iam & literæ ac linguae eruditæ renasci in Germania, & florere in tota Europa cœperunt. Quarum ope, Doctrina cœlestis illustrata & verae ac sinceræ Theologiæ, mathematicum, artis medicæ, & totius Philosophiæ studia restituta sunt. Floruit enim Caroli ætas vi- ris Heroicis, in Ecclesia, scholis, Republica, in toga, bellis, nauigationibus inueniendo nouas terras, constituendis nouis imperijs. deniq; in omnibus non solum quæ liberales vulgo vocantur arti- bus, sed mechanicis etiam, præstantiis, ac excellentes Artifices & nulli veterum cedentes habuit: vt omnia sua doha DEVS ad sum- mun perdueta, tribuisse Caroli temporibus felicissimis, hoc nomi- ne videatur. Quod prouidentiæ ac præsentia DEI in gubernatione Caroli testimonium cæteris addamus. & ardentibus votis prece- mur DEVUM autorem & custodem imperiorum & ordinis politi- ci, vt deinceps quoq; bonos, felices & salutares generi humano- principes, Imperio & patriæ nostræ tribuat, & sapientia ac bonita- te sua diuina, ad ecclesiæ & reipublicæ Christianæ salutem guber- net, & incolumes ac florentes seruet.

Virtutum etiam exempla illustria non solum ad cognoscen- dum, sed etiam ad imitandum, ex hac Caroli historia sumamus. Eisi enim Imperatorum propriae virtutes affectari & exprimi à priuatis nec possunt, nec debent: tamen aspectio excellentium vir- totum in illustribus exemplis, amorem & admirationem virtutis in animis accedit: & studium pietatis, assiduitatem & intentio- nem in precibus quotidie recitandis, amorem iusticiæ, modestiam non efferentem se in rebus secundis, sobrietatem, continentiam & similes virtutes, omnibus necessarias, singuli inuante Deo imitari possint & debent. Ideo autem Deus Heroicos reges ac principes excellenti virtute & multis gentibus salutari instruit & ornat, vt alij in eorum exempla intuentes, Deum autorem & archetypum vir- tutis agnoscant, & exemplis ad imitationem excitentur, & D E I sapientiam, bonitatem, præsentiam in donis præstantibus Heroum quæ sunt sapientiæ & virtutis diuinæ radij, intuentes, DEVUM laudent, debitaq; gloria & celebratione extollant.

D I X I

B b 3

IACOBI

JACOBI SPIEGELII  
 SELESTADIENSIS IN ALFONSI  
 DICTA FACTAQVE ET AENEAE SYL  
 uij commentarios Scholia in  
 Proœminium.



Vsam Atticam) Ob admirabilem eius in di-  
 cendo venustatem autor Laertius in vita eius lib. 1.  
 Socrati commentarios) Verit. eos Bessarion Cardi-  
 nalis latine. Et sapientissimus & fortissimus habet.  
 Ne id ad gratiam dictum putes: hoc ipsum pra-  
 fidentur Blondus, Fran. Philelphus ultima hec distri-  
 cha Decadis decimæ, ac alibi subinde. Platina, pro-  
 tanus in multis librorum suorum moralium atq; historiæ locis. Sabellius, ad  
 Baptista Mantuanus, tum cæteri qui res insequentium temporum scripsi.  
 Nec id Bracellus disimulauit iniquior aliquantò Hispani, tametsi eius re-  
 gnum gentis origo summa nitatur nobilitate: vt qui originem referantur  
 manicam. Constat autem Germaniam parentem altricemq; esse gentilitiæ  
 nobilitatis, qua una re etiamnum Germania nihil est antiquius, quum apud  
 Gallos intercederit prorsus sanguis vetustior, sublato Carolingorum sum-  
 mate. Merouingiam originem que & ipsa pura putat eis Germanicæ  
 illistris Habsburgiorum principum familia promanauit. Caspar Maximili-  
 anus contexuit libro singulari, quem nostrate lingua ob vestitum ad prefic-  
 tæ Zorten morem formatum inscripsit, die Zortenden Menlen. An dubitas nunc auge-  
 den Menlin ce Deo seruatam Merouingiam sobolem mutato familie dantaxat num-  
 ne, tametsi eam Carolingi obscurarant, quorum tamen diuturna admis-  
 dum non fuit dominatio. Reges vero ac terrarum principes) Observandum  
 cur pauci reges sapientes euadant. Astipulatur Cælius Rhodiginus cap. 2.  
 lib. antiqu. lection. 2.

In Cap. 1. lib primi.

Iohanna II IOANNÆ Neapolitanæ, reginæ) Eius nominis secunda. Hæc Caroli  
 Neapol. Dyrachij ducis Filia, sororq; regis Ladislai, qui ad Hungariae quoque regnum  
 euocata.

euocatus fuit, amissis Geldriis duce cui nuptia fuerat. Certior facta de morte fratris heres ab eo scripta, non sine variante fortuna in regno ei successit.

Destitute) Nam Martinus V. pont, eam iudicans indignam, quem regnum Rom. ecclesie seculatarium teneret, Eudoicum Andegauensem Siciliæ regem declarauerat.

Et inconstantia) Ferri potuit vicium sexui agnatum nisi proceres regni nonnullos ab alienasset fama pudicitiae non satis incolumi, quam Ritus Bracellausq; attingunt. Mirum est quam variè luxurit fortuna in hoc quod Sabellici verbis referam. Fuerunt due Iulia mater & filia. Hæc Augusto genita, altera M. Agrippa, ambe adulterij dannatae. Due Agrippina, mater Caligulam, filia Neronem genuit: teterrimas humani generis pestes. Due Faustina, mater impudica: sed qua ex ea genita est impudicissima. Par infamia notata patrum memoria due illustres frænia, quibus Ioanna nomen fuit, utræq; regina: nec tantum infamia resperse: sed in fausto quoq; matrimonio celebres.

Tum rex) Ostendit exemplo Herculis afflictus succurrendum esse à verè regibus. Notum est Herculem multis quidem maximis attulisse comeditates, sibi verò nihil ferme fructus adduxisse, præter aliquantulum fama plurimum inuidie.

Relatum est & ab Erasmo nostro illo magno in literaria re principe in fine lib. 8. Apophthegmatum nu. 1.

Garras aues) Snapvogel, Quemadmodum Miluij vocantur qui diuites audent aut accusare aut veneno tollere è medio: & Vultures, qui duntaxat obsequijs & adulationibus auctorantur ut miscentur testamento, vel alterius aliiuis emolumentis spe insidiantur cuipiam.

Doctrina reformatior) Solent enim literæ cicurare. Sunt qui idem de nobis scribunt.

Sed bouis esse) Diogenes innuit vitam sine literis mortem esse. Quamvis non omnes literæ conueniunt principi, sed ea; que, si Erasmus lib. citato explicans hoc ipsum apophtheg. nu. censet, politici tradunt aut ethicen: queq; recte ac secus gestorum exempla commonstrant.

Relatum est & hoc scitè dictum ab Roterodamo num. 5. lib. septuaginta. Sphortiam an Picinum.) Horum comparationem pere ex cap. 19. Eu-  
rapæ Aeneæ Sylvij & Sabellico lib. 2. Ennead. dec. Recepit autem postea  
ducem copiarum suarum Picinum patria Perusinum.

Harprias.) Harpyiarum nomen inditum à rapacitate. Cuiusmodi fuerint monstrosa Harpias. Siquidem corpora notum est ex optimi poeta carmine. Aen. 3.

Virginei volucrum multus, fœdissima ventris

Prolunies, vngæq; manus, & pallida semper Ora fame.

Ideo virginis singuntur, quod omnis rapina arida sit ac sterilia. plumis circundatae, quod quicquid inuaserit rapina, celat velutiles autem quod omnis rapina ad volandum sit celerrima. Vnde à nostris band portu inscitè raptor dicitur Snaphan, festiuè autem notauit rex Romana curia e uarijam.

Bellum Neapolit.) Attende, quisquis es o rex imitator Alphonse regis, tuq; in primis Christianissime Cæsar omnium Christianorum imperator Carole, terq; maxime regum rex, fortunam ferendo superari. Hoc bellum scriptis Jacobus Bracellus Genuensis cuius lib. 5. extant titulus Hispaniensis.

Hostium potestate.) Cum scilicet ex littore Caiet soluissest ad uitam Ponti à inito nauali prælio victoria ad Genuenses inclinante, Alphonse eiusq; duo fratres multiq; regni principes capti, multiq; Genuejani et Philippum Mediolani ducem perducti sunt. a quo non vt hostes, nimirum clementie exemplo, sed in summo habiti honore plaribus magnisq; manuibus in patriam remisisti sunt.

Hieronymi) cognomento Pragensis. Fuit illustri admmodum ingenio ex quentiaq; supra Boemicam propè admirabili, vt de eo post Sylinum, regis, sive Jacobus Volaterranus Cardinalis Papiensis Vir doctus & simul pius, cuius sextus commentariorum liber Vyvielephantam sectam complectitur. Autem sham autem, cuius primum meminit, Ioannem illum esse puto, ad quem extant doctissimi viri Fr. Philelphi epistole, quemq; ille hecatosticha quae prima Decadas placidis canenis deditum, tertia autem hecatosticha quae gnas res extulit.

11. Cum poculum) Obseruatu dignum mehercle, signum idemq; maxi-  
mum mansuetudinis ac patientiae Alphonsi.

12. Ire perrexit ) Hoc enim pacto maiorem contumeliam maledicu-  
passus. Pythagoras magnam putauit disciplinam, per quam ferri indis-  
plina potest.

13. Cum inter) Est & apud Erasmus nu. 17.

Cum Puteolos) Habes exemplum pietatis regie eximium in hoste se-  
peliendo, quod, ut argumento est non esse oratione victorem exitiali odio  
contra hostes, ita illorum animos non potest non compellere ad amandum.  
Prudenter igitur Iacobus comes Purliliarum admonet interfectorum cas-  
daueria honorifice sepulturæ mandari curandum esse ab imperatore lib.  
de re militari primo. Iam hinc decennium mea sunt opera Purliliani  
libelli expositi cum epistolo nuncupatorio meo veteri amico D. Nicolao  
a Babemhaubt nunc Cancellario Austrie viro ornatusimo: id plagiarius  
quidam in secunda nuper editione, nunquam à me lessus resecuit, quem  
ipse tamen typographia hacenus non fuerim iniquior. Eiusmodi iniuria  
tamen toleranda venit, non tamen, nisi dissoluto videtur esse disimu-  
landa. Puteoli ciuitas ante Dicearchia dicta ob iustam reip. admis-  
trationem. Sed nomen à Romanis secundo bello Punico mutatum  
& Puteorum frequentia Puteoli dicti, velut Strabo tradit, Ad hanc vr-  
bem Apostolus captiuus, cum à Rheygo oppido soluisset, postridie delatus est:  
& repertis fratribus apud eos septem diebus mansit sicut Actorum ultimo  
raditur.

14. Caietan urbem) Parcit rex imbelli etati ab hostibus ciuitate puls-  
se ob famem, monstratq; gloria carere fœdam victoriam. Similem hu-  
manitatem, quam, & Agesilaus ethnicus præstavit, nostra tempora desiderant  
Siquidem nunc homines sibi videntur, qui trucidatis infantibus ac senibus  
cam et atem abducunt que vel libidini apta est, vel labori, vel vtrig;, vt di-  
xit Erasmus.

15. Astipulatur Pontanus lib. de Obedientia 5. Quid dicam, inquit  
ille, de rege Neapolitanorum Alphonso? Cuius regia nunquam non re-  
ferta sunt viris ingenio & doctrina præstantibus, quos penè quotidie aut lecti-  
tantes audiebat, aut differentes. Et idem in libro de Coniuentia scribit.  
Rex Alphonsus statim post prandium, vel Antonium Panormitam, vel è doctis

aliquem audiebat, ut qui dignum iudicaret, animum quoq; cibis suis p<sup>o</sup>  
pastum corporis resciendum esse.

ICcirco Neapolitano populo magis magis q<sup>z</sup> acceptus factus est. Usq;  
Pontanum in de liberalitate.

Romanis illis sapientioribus) Salsè. Virtutis templum coniunctum  
Hoc ipsum non solum Cas. Maximilianus dicere solebat, sed peculiari etiam  
opere, quod ingeniosè expressit pictura, cui nomen Porta Honori postulat  
suis testatum reliquit. Quanquam veterum Romanorum dictiones, quae  
meminere in primis Cicero lib. 2. de nat. Deo, & 2. de Logib. & Di-  
uius lib. 9. Decad. 3. diuus Augustinus acutè confutavit lib. 4. de Civit.  
Dei cap. 20. & seq. Profecto regibus voluptatum admonitores, ut p<sup>o</sup>st in p<sup>o</sup>  
niciofissima, sunt fugiendi. Habebat Nero Claudius plurimos voluptatum  
conquistatores, quem tamen ipse vita exitum habuit? quem & alij multa  
ferre omnes ab eo non dissimiles.

Corrigi non posset) Subindicans non esse situm semper in potestate  
ducis parta victoria militum rapinam prohibere.

Cum senex) Aduertendum regum consiliarios aut reges esse, aut re-  
gum animos habere oportere. Qui non suo ipsis) Sic imp. Maximilian.  
natorum sententijs tum auditis tum probatis nonnunquam adiu-  
in contrarium visus est, ut sicut, opinor, quia cor regis in manu  
Dei est.

Scimus) Discant ab Alfonso monarchæ regiam dignitatem  
vestium splendore, sed prudentia ac ceteris animi virtutibus affirmam-  
dam esse.

Aduersus) Alij legerunt Auersa, mutata constructione. Est enim ci-  
tas qua existimat a Roberto Guiscardo Nordmanno edificata, dum  
aduersus Neapolim & Capuam pugnaret, indeq; nomen Auersa recipi-  
t. Sic eam Volaterranus vocat Blondum securitus. Rito autem videtur quod  
dam Acellana quæ dicta est. Coeno harentem subleuasse) Que res declarat,  
etiam magnis viris laudi dandum esse, dum aut res, aut casus iulerit: si ad  
sordidam etiam operam conferondam descenderint. Carolus princeps Ne-  
uarræ Ioannis Alfonsi eiusdem fratri filius, etiam infirmis ac sordidis ve-  
nnacionibus open ferre non recusabat, cum ipse morbi cuiusdam adiuta  
medicamenta teneret.

Caietam, quam magna vi capere non potuit, sola tandem clementia  
ravit,

*Speciosum fuit) Ut Virg. nobili carmine monuit. Parcere subiectis & debellare superbos.*

*Prater Calabriam) In ea sunt principes urbes Brundusium, Tarentum, Canusium, & Salentini campi.*

*Principue coluit) Exemplo prisorum Christianorum, qui eum propter modum pro Orthodoxo sunt amplexi.*

*Purpuratorum) Sic legendum & non principatorum. Qui enim apud principes dignitate praestant, purpuriati vocantur. Nec ineleganter accommodabitur vox ad reges dñi, &c. aut aduocatos, qui purpuriati omnia convertunt in fiscum suum: & quocunq; se conferunt abradunt aliquid, velut tincta purpura, que omnia quibus admota fuerit: ad se rapit.*

32. *Didoniu mortem) Legimus diuum Augustinum nondum renatum librum Aeneidos quem non potuisse absq; lachrymis legere, quum sciret totum argumentum de amore ac morte Didus a poeta confitum.*

33. *Nota principatum sollicitam esse rem.*

34. *Singulare dictum. Ob hostes seruatos rectius quam casos triumphantum.*

35. *Ludos Christianos) Pietatis gratia susceptos intelligit, ut apud nos in plerisq; vrbibus in honorem diuinæ Eucharistie, vel cœlitum aliorum, cuiusmodi frequenter exhiberi solent spectacula in Brabantia, Hollandia atq; Flandria. Christianos itaq; dixit, ut oppositos veterum Romanorum ludis scenicis, qui fœdissimi & visi sibi erant & turpisimi auditu.*

36. *Vir magnus & illustris) Si volaterrano credimus, non solum is maiores suos, quo memorat equites illustres, sed omnes etiam sua aetate rebus gestis antecelluit: neq; vñquam priuato talis potentia, neq; ineruditio sapientia par, neq; deniq; mercatori tot contigerunt diuitiae, neq; illis, quod Cosmus magis mirandum, quisquam & magnificens & religiosus est usus, Medices.*

*Quumq; vñus omnia posset, non omnia voluit, quantoq; ei plura licuere, tanto magis infra suam fortunam picitando sibi denegauit. Ex hoc ea. habes fiduciam in hostes, Munus item ab hoste acceptum. Postremo reges esse in tutela Dei.*

37. *Patienter audire) Dubio procul legerat Lacones Deos comprecatos: vt possint iniuriam pati, quod neminem indicarent idoneum ad gerendum imperium qui quaui iniuria commoueretur.*

38. *Hypocrite) Quisquis quoquis modo simulat ac singit hypocritas vocari potest. Hypocritarum autem omnium (differunt namq; specie) Idem*

*Idem est propositum, ut quod ipsi minimè sint, id habeantur atq; apparet  
Vide Pontanum de Sermone lib. 2. Publicam vocem usurpat more ecclæ-  
sticorum scriptoriam, quam eum signat propriè qui publicum, id est, recte  
gal redimat. Simpliciter autem publicum accipi pro tribunali natum  
est.*

*Scholas) Rex auditor theologiae. Scipio, ille) Senior, ut opinor, qui Cris-  
cerone teste semper doctos secum habuit, vacansq; à negotijs bellicis in liter-  
ris versabatur. Eius illud est, quibuscunq; remp. administrantibus mem-  
ri mente tenendum. Se nunquam minus esse otiosum, quam quoniam esset in  
otio. Sentiens se id temporis, ut explicat Erasmus noster lib. Apoph. 5. non  
dare animum otio aut voluptatibus, sed de reip. commodis multa sua casu  
animo tractare.*

*Calaciam) Vulgus Caiaciam appellat nunc: Blondus.  
Picinimi) id est paruuli, quo nomine Bracellus continuò vocat. Quin  
quorumuis regum) Notat socordes ignauosq; sue. etatis reges. Poet. ass. 1  
Georg. 3.*

*Lac senis vinum) Plato autor est. Vinum à Deo hominibus contribu-  
tum quasi remedium aduersus senectutem, ut redire ad iuuentum vides-  
tur, & mestitia eos capiat obliuio.*

*Simoninus) Pontano est Ximenus. Profectus castris) Idem & Silius  
legatus sub Ferdinando filio. Hispanorum Romulum) Vide Florum lib. 1.  
cap. 17.*

*Aegrotabat) Alfonso regi librorum amatori quum egrotaret Q.  
Curtius electus.*

*Quam maximè placituros) Secutus est aum Alphonsus Ferdinandus  
filius in excorditis liberis, quos non solum multos luculententer ornatos habet  
voluit ad quod tum alios quosdam, tum etiam patrem provocavit. Usq;  
Pontanum inde Splendorem.*

*Parabolani) pro fabuloso nifallor accepit.  
Alfonso regi Galli leues propter saltat.onem. Notum illud, Galli  
rum levitas Germanos magnificauit.*

*Iuxta Formias) Formie ciuitas quondam villa Ciceroniana infra  
gnis nunc mola vocatur. Quod rex) Hic locus me eius admonet, quod a  
pud Pontanum legi de Alfonso. Videlicet quod is cum peruenit  
in locum unde Sulmo poterat despici, percunctatus, an ea Ouidii  
ejus.*

eret patria, & qui aderant affirmassent, urbem salutavit gratiasq; genio  
loci egit, in quo tantus olim poeta genitus esset, de cuius laudibus cum non  
paucis differuerisset, tandem fame eius magnitudine commotus, Ego, inquit,  
hunc regioni, qua non partia regni Neapolitani, nec contemnenda pars est,  
libenter cesserim si temporibus meis datum esset hunc poetam ut haberent,  
quem mortuum pluris ipse faciam, quam omnis Apulij dominatum. Epis-  
gramma pro epitaphio, ni fallor, usurpat. Ex Minerua) Nam ipsa eadem  
poetic sapientia dea, oleiq; inuentrix tum omnium bonarum artium credita  
Vide Nason. lib. Fast. 3. ibi, Vna dies media est.

<sup>48.</sup> Honos villa Ciceroniana habitus. Patrocinio suo ) Sed legimus  
Metellum nepotem Ciceroni obiecisse: quod is testimonio suo plures occidi-  
ser, quam patrocinio seruasset. Contrà Cicero mira solertia retorquens con-  
vicium in laudem. Plus enim inquit, mibi fidei est, quam eloquentiae. Si-  
quidem in teste spectatur fides, in patrono valet eloquentia. Eraf. lib. 4.  
Apoph.

<sup>49.</sup> Tantopere à Seneca laudato ) Eius verba nona epistola lib. 1. sic  
habent. Hecaton ait. Ego tibi monstrabo amatorum sine medicamento,  
sine herba, sine ullius venefica carmine.

Si vis amari ama.

<sup>50.</sup> Dum enim ) Collige charitatis parentem esse fidem, eandem autem  
donum Dei, quod docet Apostolus ad Eph. 2.

Rex fieri omnino perhibuit) Exemplo Agesilai Lacedemoniorum re-  
gù, qui, quod cum nationes que id temporis Greciam incolebant, decreuif-  
ser illi in clarissimis quibusq; ciuitatibus honoris causa statuas erigi, rescri-  
psit illi hunc in modum: Mei nulla sit imago, neq; picta neq; scita, neq;  
vlo alio artificio parata Catena Eraf. lib. 1. Apoph.

Saxorum struem) Adulationem verius quam gloriam. Norat au-  
tem clarissimus rex veram laudem ista non habere. Contra Paulus secundus  
P. M. emulator vanitatis antique in titulis & numismatibus, que funda-  
mentis edificiorum parietibusque admiscerit, vt illis vetustate ruentibus  
existant post secula multa, ludis item & epulis Rom. populo exhibitis stul-  
te que sicut aeternitatis nomen. Alia namq; sunt opera aeternitatis in pon-  
tifice, qua ad eundem Paulum tam libere quam diserte recenset Iacobus  
Cardinalis Papiensis.

*Quasit) Relatum cur sapiens magis taceat quam loquatur.*

*Eadem fuisse in Eucharistiam veneratione C.º Rudolphum H.º spurgium constanter referunt certi annales, ex quibus amicus noster Hieronymus Gebulerus suos Austriacarum rerum commentarios locupletauit.*

*Barbarum appellasset) Graci reliquias nationes contumelia nominauit bant Barbaras. Nunc quum Gracia nihil sit barbarus, hec philautia demigravit ad quosdam Italos, quibus omnes aliae nationes barbarae sunt. Itali Barbari. Sed meminisse eos oportuit, nec guttam sanguinis nec scintillam virtutis priscorum Romanorum apud eos extare, maioresq; suos è peregrinis nationibus referre, proindeq; rectius ipsos barbaros vocandos, quum barbarus dicatur quicquid est peregrinum. Legant Campanum suum licerem manis iniquorem & cognoscant non esse villam apud Italos nobilitatem, cui non sit externa origo. Ceterum sint: Ciceroniani, si Dijs placet: at ipsi res offendit, batavum barbarumq; nostrum Erasmus una pagina solitus quicquid voluit & dicere & docere, quam illi singulis suis libris assequi possint.*

*Praeclarapatria) Syracuse, scilicet, que propius Pachynum promontorium iacent super omnes Siciliae insularum reginae urbes, insigne sed vere clara ob Pauli apostoli memoriam, quem Lucas tradit è Melita via xandrina naui vectum, triduo Syracusis egisse. Act. 27. Graeca originis Circa annum duodecimum, post urbis Romæ initium ab Archia è Cithero nauigante condita sunt Syracuse, autor Strabo.*

*Vulturis. Dicimus vultur & vulturis & vulturius. Gravis & sarcina lauis est vultur, & ideo tribus saltibus ut prodit libro de animalibus virginis tertio Albertus noster, vel pluribus vix à terra eleuatur, & ideo anteagmina eleuetur, frequenter capitur. Ego enim inquit Albertus, in sequendo capitulo. & propter eandem gravitatem libentius in terra sedet, quam in arbore. Ad id omnia ferè rapacium genera, pricipue Aquilarum & Miluorum, ad quos vocasse vultures. Huic autem proprium cadaveribus tantum vivunt, unde natura tantum illi sagacitatis addidit auctore Plinio, ut biduo autem duo praeuoleat illuc, ubi cadavera sint futura. Aegyptijs tradunt, platocho teste, vultures omnes esse feminas, nec aliter ex Euro concipere, quam è Zephyro grauidae sunt arbores. Sed nos oculata fide consuicimus eum & pullos vulturum in nostra Germania esse frequentia. Mirum est quod hanc auem innocentissimam apud homines tam male audire: quod*

neg fruges attingat, neg viliū animal quantumvis imbellē occidat aut inficitur: tantum cadaveria, vel eorum, qua sponte interierunt, vel ab alijs relata sunt, depascatur. In quibus tamen abstinet à sui generis, id est, aūum cadaveribus. Observandum quoq; in fine huius cap. Homones qui Ennio.

15 Attende iusticiam seruare incolume regium nomen, & que deceat Christianos excellenter differit Lactan. lib. diuin. institu. quinto. Breuiter de iusticia veniunt, innocentia, amicitia, concordia, moderatio, fortitudo, liberalitas, pietas, religio, affectus, humanitas, nec diuelli potest à rege incolumi regia nomine. Prudenter igitur Maro. Aen. 6. Phlegiam illum suum inducit, iustitiam religionemq; collaudantem his verbis.

Discite iusticiam moniti & non temnere diuos.

Iustitia enim in quo fuerit, eius imperium aequo omnes animo patiuntur, illiusq; moderationi se etiam sponte subiicitur, quod de Cyro illo legimus, quem non iusticie solum, sed omnium etiam regiarum virtutum exemplum suisse creditum est.

Caducarios pro facile casuris & interituriis intelligo. Ea vox iu-  
reconsulti signat, qui caducam adeunt hereditarem.

Exemplum memorabilis beneficentie in calumniatorem.

Verbum principis iurisfundi loco habendum. Turpisimum est  
omnino fallere, in regibus vero longè turpis.

Liter e preferuntur ab Alfonso reginis.

In honestus & turpis prouentus tollendus. Et Zasius noster vir im-  
mortalitate dignus preceptor meu recte censet & turpe esse & abominabi-  
le, nec villo pacto ferendum, quod quidam prelati feudum constitue-  
rum ex questu lusorio, vulgo Scholder. tit. Que res in feu-

da. poss. Lampridius autor est, imp. Seuerum vetuisse

inferri in sacrum erarium lenonum, vestigal  
& meretricium & exoleto-

rum.

## SCHOLIA IN LIB: II.

## CAPVT I.



*Alentia) Ciuitas est ulterioris Hispania (ut  
ciues honestatis nomine laudatos legimus apud veteres  
Eccl nomine & in Italia & Gallia, sed hoc, quod  
nunc regni nomine decorata est, minus celebris, que  
vrbes.*

*Caroli) Eius nominis sexti, qui rebus aduersis  
Henricum quartum Anglorum regem infeliciter ge-  
stis mente captus inglorius vitam finiuit. Narbonensis) à Narbone Cen-  
nia Prouincia Narbonensis dicta: omnium Gallia regionum fertilius  
nomen Provincia adhuc retinet. Aragonie regnum) Vtus efficit, ut quo-  
vel ceterioris Hispaniae, vel Tarraconensis prouinciae reges appellaretur  
us licuisset, eos iamdudum Aragoneos nominemus.*

*Dum hac scriberemus) M. CCCC. LII, à nato Christo.*

*Capta) circiter annum domini M. CCCXX. Cladem quam ab  
vrbis passa est tum, scribit Bracellus lib. 3, non admundum conuenit ut, quae  
referuntur cap. mox sequenti. Abire permisit) Similem nostram tempore  
desiderant continentiam.*

*Diui Aloisij) Episcopi quondam Tholosani. Velut periclitatio  
causam) Superstitione.*

*Pereundam esse) Fortiter. Peruenit Valentiam) triumphante  
miliis autor Bracellus.*

*Lothophagorum insula in Numidia, que hodie Barbaria cum reli-  
qua Aphrica. Tunicensium) legendum Tunisiensium, Tunis enim oppo-  
sum vetus adhuc nomen retinet in sinu Carthaginensi.*

*Poenorum) Horum regionem Herodoto in Melpomene autore, qua  
tuor nationes in colunt: quarum duæ sunt indigenæ, totidem non indige-  
nae. Indigenæ quidem Poeni atq; Aethiopes, quorum alteri ad Aquilum  
Aphricæ, alteri ad austrum incolunt. Aduenæ vero Phœnices & Greci  
Aphrica ciuitas Barbaræ. Iscla) Volaterrano Ischra. Alphonſi in p.  
phricam expeditio. At illis) Reuerentia regij nominis.*

Dilatissimè usus est) Mos est etiamnum Hispanorum procerum apud nos agentium aqua macerare vinum, Ut plerique regum) Iuxta Claudiani sententiam, Componitur orbis Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus Humanos edicta valent, quam vita regens. Macedonis glorie) Observandum temulentiam esse inimicam gloria. Pittacus Mytilinus tulit legem, ut qui per temulentiam sceleris aliquid commisissent, duplo plecteren-

ter.  
2. Ioanne reginae) que per id tempus Ladislao fratre mortuo Neapolitum regnabat, & Alphonsum sibi adoptauerat. Hic Ioanna etiam viuente primus cum Ludouico, deinde ea mortua cum Renato prouinciae & Andegaviae regalis plures annos bella vario euentu administravit, tandem Neapoli per vim capita Renato etiam pulso, vicer regno potitus est. Vite rioris Hispania) scilicet Castelle & Legionis. Dominatus) Magistrum intelligit diu Iacobi qui etiamnum amplissimus est apud Hispanos. Quem fratrem) Intelligit Ioannem regem, qui Alphonso defuncto Aragonum regno potitus est, eiusq; Ferdinandi pater fuit, qui cum coniuge Elisantha nostra memoria bellum & ad pietatem simul & ad gloriam maximum gestit, patroq; Granatennum regno sibi posterisque Catholici cognomentum tulit.

Hoc ipsum scribit Pontanus libro de Sermone secundo, traditq; & sub Ferdinando rege F. Alphonsi Caetanum quendam cœnobitam suisse Gerardum, qui septimum in diem cibo abstinere consueisset ac potu, indeq; sanctum habitum ac Deo charum, ac denum industria regis hypocritam detectam, lege cum omnino, ut deuoneras sanctimoniz ostendacores.

Ant. Picens Augustinianus hypocrita nobilis in morte in Christum virginemq; super benedictam blasphemus.

Opinabatur pro vulgo receptum erat, ut sequitur. Cur hypocrita saepe mortuus generi perierit.

Habes hic nobile exemplum de eo, quod laus inimici suspecta dicitur.

Ad synodus non illustres genere aut potentes, sed viros doctrina præstantes iustitiaq; cultores esse mittendos. Ludovicus Pontanus quem Romanum nonnulli appellant, cuius in magna sunt dignatione consilia, vir summi laboris & studi, tum memorie singularis. Nicolaus Siculus) Catania urbe oriundus cognomento de Iudecis primi nominis

inter iuris Pontificum interpres. Vulgo Panormitanus, quod Episcopum Panormitarum fuerit, dicitur. Scriptis præter notissimos commentariis in Decretales librum pro Synodo Basiliensi minimè contemnendum.

Nullum omnino) Nimirum cum exemplo ipsius Cesarii quem legimus in maxima difficultate itinerum & in medijs bellorum affibus, pessime libros, tum Scipionis Africani superiorū, qui sine literis nunquam artima exercuit, semper enim eius, ut Claudianus in prefatione lib. 4. de laude bns Stilconis meminit,

Herebat doctus lateri, castigata solebat.

Omnibus in medias Ennius recubas,

Breuiiter quod est dixerim, supellex regia & angusta & ornata  
ducum & principum erant olim libri & literæ.

Liber Alfonso sicut pro insignibus. Atq; ideo Platonem) libro quicunq;  
de republica colligit pulchrit. Si resp. debet esse felix, aut philosophus, ita  
gnare, aut reges philosophari oportere. Vid. Eras in explicatione adiq.  
Aut regem, aut fatuum nasci oportere.

Libris delectari) Theophrastus Alexandrus monuisse tradidit, qd  
libros quam plurimos compararet, quo scriptis horum admonitus, quæ am  
ci principibus dicere verentur, quid sequendum, aut non sequendum, p  
teneat.

Vesp. Cef.) Vide Suetonium in Tito cap. 8.

Mirum est tantopere delectatum occupatissimum regem totius libri  
petita lectione sacrorum voluminum.

Stœchades) reposui pro Scocades nihil roce. Sunt autem marius me  
diterranei insule tres aduersus Galliam, ita aliquando appellata, quod v  
dine jaceant, Massiliensium littori apposita. Nomina earum pete apud Ptol.  
ex cap. 5. lib. 3.

Prætoriam) sic legendum significat enim triremum.

Cum quidam) Temperata supplicij scueritas, quo nec amicos lege  
nec inimico parsit. Læsa maiestatis) Adnotatum est apud priscos hoc criminis  
maiestatis esse votatum, non læsa maiestatis, nullumq; iuris consultum par  
ter Papinianum læsam maiestatem dixisse. Maiestatis autem crimen im  
plex erat; unum læsa & alterum imminute, cuius nulla in iure miratur.

IACOBI SPIEGELII.

214

20. Cum cepisset ingressus eam per tubos occultos à muliercula ex insi-  
ma plebe monstratos, quod Renatus Andegauensis orantem, visibi parau-  
liq; filiis fame pereuntibus succurreret, toruo vultu repulerit. Catera Bra-  
cellus lib. 5, quo teste capta est Neapolis anno à nato Seruatore Christo M.  
CCCCXLII.octavo Id lun. Pontanus hic Renati impudentiam accu-  
sat, lege eum lib. de Obedientia, quinto.

Neapolis  
capta.

Quanquam victis) hoc est iure belli in servitutem adactis.

Petri fratri Sylvius postremo cap. Europa scribit è Carmelitano  
templo dum paululum è castis speculandi gratia in littore vagatur, tor-  
mento ictum caput, repente occubuisse. Meminit item facti huic Pontanue  
in priore lib. de Fortitudine tit. de officio victoris.

21. Antonius Candola) sed quem Renatus de proditione suspectum in  
carcerem tradi iussit, magno rerum suarum detimento, dimissus enim mox  
ad Alphonsum transiuit, à quo tamen paulo post desciuit. O solidam con-  
stantiam.

22. Iacobi patris) Aeneas Sylvius Iacobutium vocat ingentiq; laude di-  
gnum si quanta industria, & rei bellicæ cognitio, tanta illi fides & in pro-  
missa constantia fuisset. Ex Bracello constat cum inter regni proceres ma-  
ximorum fuisse virium.

Isciam) Situm loci q; naturam exponit Pontanus in principio lib.  
sexti belli Neapolitanii.

Hispani lib. Volaterranus lib. & geograph secundo.  
Catalanorum) Vnde nomen eis inditum docet Bracellus lib. primo

Colonia deducta) Sumpcio à veteribus Romanis exemplo, qui vel ob  
infrequentiam urbium, vel in paenam, qua veteres coloni male de repub-  
meriti, multabantur, deducebant veterans, qui pro diutinorum laborum  
mercede, vnde senectutem tolerarent, jugera bona accipiebant. Regiorum)

Dixisse fertur) Attende non paruo magna constare.  
Salarium constituit) Pontanus in de liberalitate scribit remigi,  
cuius beneficio liberatus est Alphonsum ex exario statuisse pendendas quot-  
annis dum viueret duodecim vincias. Satuq; hoc fuisse remigi parum tamen  
regitale praesertim ob meritū cum nullā ei presentem pecuniam numerari  
tum iussisset, ac se penumero etiam ob levissimas causas alijs atq; alijs ma-  
guam pendi imperasset. Sed puto relationem Panormita esse veriorem:

Dd 2

Nam

Nam sine numerata pro quinq<sup>u</sup> siliabus dote à liberalissimo regedata, ut risimile non est, ait enim dedit.

Vicaro) Pudicitia mulierum seruata, ne licentia victoria militia via  
laretur.

In Samnio) Sic legendum opinor. Eius populi Samnites, qui longe u  
sequuntur in Apennino. Caput eorum Boianum Ptolomeo, Boianum  
Plinio.

Iuxta Troiam) Troia hæc edificata à Bubagano fertur Anna II.  
VII l. Græcis colonis inductis in locum qui castra Hannibalis vocatur  
Victoria Albponsi Troiana singularis. Proculiusse) Regis enim nomen facie  
sanctum est.

Leborijs) Agri tres in Campania celebrari Leborinus Faleronus & sub  
lates. Rosarum) Sunt & Virgilio sed ad lacum Velsium rosea rura. Alio,  
Casinati) nobilitato vna cum oppido diuini Benedicli commemoratione, qua  
consuetudine) Clementia perpetua Alphonsi in captos.

Ferdinando patri) Ioanni eius nominis primo, qui Aragonum rex  
fuit, currentisq<sup>ue</sup>, equi lapsu oppressus interiit, duo filii fuere superstites, Hen  
ricus & Ferdinandus, quorum natu maior Henricus patri succedens, cum  
difficilem in morbum incidisset, in ipso iuuentu flore praetepit est, rite  
vno filio Ioanne admodum puer, quod eum preter omnem spem suscep  
set. Cuius tutelam, simulq<sup>ue</sup> & regni curam fratri Ferdinando, quem libe  
raliter habuit & multis maximisq<sup>ue</sup> donis prosecutus est, moriens communi  
Ferdinandus vir fide ac sanctitate memorabilis, neg<sup>o</sup>, regni administratio  
nem segniter gesit, neq<sup>ue</sup> puerum secus quam filium habuit, & ipse nam  
rose prolis pater. Nam priusquam regno potiretur, suscepit Alphonsum natu  
maximum: cuius hic mentio est. Ioanne) qui Alfonso iudefuncto suscep  
cessit. Henricum) de quo supra cap. 8. Sanctum) magistrum de Alcantara,  
atq<sup>ue</sup> Petrum) omnium iuniores, qui, vt diximus, idu moralis excep  
tormento occubuit, in annotat. cap. 20. Mariam) item reginam Castellam  
Eleonoramq<sup>ue</sup> Portugallia reginam. Hunc principem iure inter optimis  
quos suis referendum Alphonsi patrem, qui suscepto bello aduersus Maurum  
Granatæ regnante, pluribus eum prælijs detrauit, ad petendamq<sup>ue</sup> patrem  
coegit, expugnatis plerisq<sup>ue</sup> oppidis eius Siciliæ regem omnium regni erat  
num consensu declaratum scribit Bracellus, Regis frater) adde rego pater  
us ac sacer.

Non a patribus) Innuuit gloriosus à se inclarescere quā nūtī anūtū imago.

nibus, item regnum sua virtute partum clarius habendum, quam quod  
hereditate obuenit.

Obseruanda verba pientissimi patris iamiam morituri ad filium Alphonsum minime degenerem. Aetatis prærogativa) In regnis & principatus bene constitutis omni iure procedit & probata est consuetudo, quod primo genitus succedat in totum, & ceteri illi subsint, dummodo primo genitus alijs fratribus prouideat honeste secundum qualitatem personarum & patrimonij de victu. Vide Ioannem Crierium Parisensem, qui latissime scriptis ea de re, iureconsult. non contemnendum.

Preposit. in c. ius naturale i. dist. refert ab Hispania ius primogeniture appellari maioritatem. Sed eam Germani proceres egre recipiunt. Idcirco & pluris) Memorabilis vox filialis obseruantia erga patrem.

Intersectoros ultra se offerentes Alphonsi inimicos detestatur rex magnanimus, recte putans virtute non per scelus querendam esse gloriam. Cum familiares) Simile quiddam narratur de Ptolemaeo rege Acgyptiorum, vide Erasmus enarrantem hoc ipsum apoph. nu. 9.

A Maria) Henrici tertij Aragonum regis filia, muliere longè sapientissima, que annos XXV. Aragonia regnum Alfonso rege viro absente, ad ministravit. Benedicens) pro laudans, quo in significatu hæc vox pasim occurrit in arcana literis Vid. Eras. in Annotat in Matth. cap. 21. Vxorius haberer) Dicitur vxorius qui vxori seruit. Virgil. Aen. 4.

Pulchramq; vxorius urbem, Extrais.

De vxoris virtute) Fortasse quod, ut que nihil unquam liberorum pepererat, tot annis sterilis, virtuam in senium vergentis intempestuum amorem tulerit & quiore animo. Nam, ut Ritus scribit, Lucretiam ab Alano prestanti forma, nec obscurum gencre puellam deperire cepit, adeoq; impotenter ardere, quod ab ea legatos ad pontificem mitti sustinuit, ut eius nomine peterent, Alfonso licet eius vxorem Mariam demittere per causam sterilitatis, & ipsam Lucretiam matrimonio sibi iungere. Ex ea

Imo Ferdinandus Valentia in hispania natus antequam Neapolim Alfonsum posse fidei sunt.

Ferdinandum, quem sicilia regem moriens appellauit, relicto Iohannem fratrem Aragonum regno. Res huius Ferdinandi supra XXX. fortis erat. Iohannes Pontanus sex libris, quibus Neapolitani belli titulum fecit, complexus est.

A Philippo rege) Macedonum, scilicet, patre Alexandri magni.

Sunt qui tradunt ex Græcorum regibus nullum fuisse, qui cum Philippo conserri queat. Extat eius vita apud Diodorum Siculum, ut & filii Alexander. Viramq; latinitate donatam Angelus, Cospus Bononiensis Cal. Maximil. dicitur.

Castella regem) Eius nominis secundum. Intimam gratiam habet serit) Ad inuidiam usq; adeò ut eius gratia multa bella passus sit à proprio quis regibus. Sed ea fortuna diuturna non fuit, nam ad extremum à Vannes rege capitali supplicio affectus est. Vide Ritium. Profecto viri cordis est non insolenter gestire ob rerum successum, sed fortune indulgentiam spectam habere. Nam ingenium eius est, ut quibus exitium molitur, ipsius noua rerum prosperitate blandiatur. Lege Hecatostichiam 3: quae est ad Cosinum Medicen Florentinum ditissimum prima Satyram Fr. Philelphi. Lego autem hunc Aluarum è sorte populari ad principatum eneum, militie, quæ apud Hispanos diuo Iacobo dicata est, summo loco habetur.

Franciscus Sfortia) de hoc vide Volaterranum in rebus Mediolanatis. Joannes Simoneta gestis Fr. Sfortiae volumen dicitur. Extat item Fr. Philelphi, qui Sfortiae gratissimus fuit, Sfortias opus heroici carminis, quod non tam laudant qui legunt, quam admirantur qui sciunt quantu[m] dilectione & facilitate absolverit. Malpighatus) Opinor Malpitanus legendum qui tum ut inter proceres regni ita & apud regem locum obtinebat noscendum.

Legendi percupidus) Regibus nil utilius est, dum vacat, lectio. Mihi est enim quantum valeat ad optimam vitæ institutionem ejusdem & diligens lectio. Nam si ut Scipionem dicere de se scilicet litum scribit Crispinus, maiorum imagines mirum in modum intuentes, ad virtutem exitium, quanto magis illorum dicta scilicet imitatione digna, sapis animo reputata. & ante oculos posita commouere debeant. Prodest item lectio vel regulas precipue. Nam quæ principibus timidi vereantur amici ac dominii auxiliarij suis, hec docta virorum scripta monent, & quæ sequuntur Herodotus, alibi lectu digna, sexta secunda Satyra. decad. Fr. Philelphi.

Henrico Britannus rege) Sexto eius nominis, qui varia fortunam agnauit. Lege Polydorum scriptorem Anglicæ bistoriæ lib. 13. & seq. Lib. 14. radice

ralitas Alphonsi per magna in redimendo capto, à ceterisq; Europa regibus  
deserto, singulariter emuluit.

39. Notandum quod lege Hispaniensi serua, que ex Domino suo liberos  
suscepit, in libertatem proclamat, & simul solers Alphonsi medium, quo  
in dirimenda re dubia, Solomonis instar est usus.

40. Calaguritanus ) Indocilis scriba in duo vocabula deprauat. Cale &  
cognomen putans & Gizonius gentilitium. Id perpetuum ferè ei fuit cum  
in proprijs tūm agnominibus, tūm hominum tūm locorum.

41. Augustinus existimat ) Vide eum in cap. 29. lib. 5. de Ciuitate Dei.  
42. Cives benevolentes regum custodes sunt. Proinde studendum prin-  
cipibus est, ut clementia, liberalitate, humanitate, subditorum amore  
conseruent augeantq; superbos namq; difficiles auidosq; alieni manet odi-  
um, malus & vita & principatus custos.

43. Docet cur res difficultas sit principem agere. Quapropter ) Quantò flagi-  
tum conspectus, tantò offendiculum gravius. Nam veluti Vulgus imitatur  
quod à principibus conspicit factitari. Heliotropium ) Sic emendaui vocem  
ridiculam Elitropériam, Heliotropium herba sic dicta, quod se cum sole  
converat. Leg. Apul. de hist. herb. cap. 49.

44. Reginam ) qua eum adoptauerat, dicitans se iam non matrem, sed  
captiuam potius esse. Mollitudini ) lenitati. Fragilitati ) pro incon-  
stancia, maliebri vitio. Regem esse ) Cui honesta tantum licent.

45. Praesides ) Sic Antiochus tertius scripsérat ciuitatibus, vt si quid per  
literas iaberet quod aduersaretur legibus, ne curarent, perinde quasi ipso  
nescio scriptum esse.

46. Incolumes omnes ) Sic Theodosius iunior ragatus cur neminem co-  
rum à quibus ledebatur, suppicio capitis afficeret, respondit, Utinam mi-  
hi licet & mortuos ad vitam reuscare.

47. Propterea illud modo ) Apparet hunc locum corruptum, unde quo  
sensus aliquis recunq; extrahatur, dum emendator lectio substituatur, sic  
reformandum putavi, propterea illud non custodian, nec cives offendant,  
verum intelligent in illis & cetera;

48. At clementia ) Dum tamen meminerit, ad priuatas iniurias oportera  
cum esse facilem ad ignoscendum, in ijs que lēdunt rem publicam decet esse  
seueran, in facinorosq; & eos, quos pænis afficiendos leges sanxerint,  
sic ans-

*sic animaduertat, vt non hominem, sed crimen inseclaris ac punire videatur.*

*Qui sibimet) Sentiens gerendo in alios imperio minimè idetur, qui non potest imperare suis cupiditatibus.*

*Pueros) Idem refert de Alphonso Pontanus in de liberalitate. Edidit autore non potuit aut beneficentius aut utilius excogitari liberalitatem; itaq; in primis commendandum putat pecunias sufflentare adolescentes, quodrum angustiores sunt res, & in quibus ingenij vis & indeles aliquiprudentia ad virtutem. Sic noster Erasmus ille magnus, cuius nomen uixit augusta regum principumque illustrium memoria referendum est, & in vita in studiis in opia pressos liberalis fuit, & in morte. Legi editione nostri Rhenani, viri, & quod externis quoq; constat, dicitur, & qualiter norunt ei familiarius coniuncti, maximè integri.*

*Virtutis florem) Gratior & pulchro veniens è corpore virtus. inuitat Aen. 5.*

*Comparatio honoris inutilis. Pro accidia) Emenda pro accidia.*

*Superbi non solum) Hand inscītē colligit cur & Deo & beneficiis superbi odio habeantur.*

*Cum aliquando) Vituperationem saltationis pete ex philologia laterrani.*

*Edet oraculum) Sentiens saltationem insanie genus esse. Siele autem vates non edebat oracula nisi furore correpta.*

*Non tam quod hostes) obseruandum refocillare victos verè regiam debellare hostes fortuna esse. Ad eam rationem non raro Cas. Maximiliani clementia, emituit posterius, præcipue in Palatinensis & Bohemis, quos redeuntes ad cor, oblitus mox iniuria omnis nullo non benevolentia genere atq; amore prosequi caput. Et Bohemi quidem beneficij autem nepote Ferdinando, principe clarissimo, nobilissimo potentissimeque vijs sunt egregie memores fuisse, declarato eo rege tot competitoribus etiam regiumq; filijs preternis.*

*Alfonkus iniquis saltationi, semel cum magnis insanire, reprisionem effugere honoris ergo pronunciauit interpellatus.*

*Brachium sui temporis) Huius gesta scripsit Campanus, Is. tunc dem multis confessus vulneribus occubuit, in Aquilonem manus delatus & querens*

quorum tunc ciuitatem Aquiloniam, sive ut nunc loquimur Aquilam, obſi-  
dione premebat, qui ob hoc vnum arma Aquilonianis intulerat. Alphonſio-  
narum partium pertinax fautor, quod ab Andegauensium fiae nunquam  
dimoueri poterant. Martinus V. pont. eius memoriam execratus est, exhumata-  
rum cadauer, offa solo ſparſa, quod in excommunicatione extinctum fuerit.  
Ex Brachiana diſciplina Vid Volaterranum in rebus Pisanoru lib. 5. ¶  
eundem de morte Brachij de reb. Mediolamenſum lib. 4. Inferioris gloriae)  
Idem ſcribit Sabellicus de eo, & ſi adolescentē. Facium) Notus is eft recri-  
minatione Laur. Valle. Auctiōrem fecit) Sabellicus id Alberico Cunij Comiti  
tribuit: cui vni plus debeat Italia, quam omnibus ea tempeſtate ducibus  
militie, quod primus quoq; tralos ſub uno ſigno militare docuerit, quibus  
poſteſ viſus Germanos, Britones & Anglicos Italia expulerit. Hinc fortianos, Brac-  
chianosq; ortos, qui tantum nominis in re militari ſint adepti, ut exterē gen-  
tes hos veruti, iamdiu Italia abſtinerint, aut eam adire auſt, tam male ha-  
biti ſint, ut fama & re parum inter gra non abierint.

C Leonhardnm Aretinum) Is Romanam eloquentiam ſuis temporis  
bus à ſorde priuus vindicare in ſplendorē eft conatus. Autor Pontanus li-  
bro de Magnanimitate ſecundo.

Ob Cyropediam) Lege Cyri Padia. Vertis & eam Fr. Philephus, &  
quidem vt non dubito felicius, tametsi Poggiana interpretatio mihi neq; le-  
cta neg, vfa eft ynquam.

Domini ornauit) Audiatur & Pontanus, cuius in de Liberalitate hec  
verba ſunt. Abundauit eruditis virū Nicolai Quinti Pont. max. & Alphonſi  
regis aula, hic ad ordinariam in Antonium Panormitanum benignitatem,  
illud addidit, vt mille eum aureū ob ſcriptum dictis & factis ſuis  
librum donauerit. Poggium Florentinum quingentis ob con-

uerſum ē Græco in latinum Xenophontis  
librum, qui Cyri Padia in-  
ſcribitur,

IACOBI SPIEGELI  
SELESTADIEN. SCHOLIA LIBRI  
TERTII. IN PROOEMIVM.

Poemata  
Panormitæ



NSARITANVM) LEGENDVM, Non  
fator, Esernitanum.

Nego enim inter ardua) Hoc ipsum scribit  
de eo Sylvius cap. vltimo Europe, & Pontanus in de  
Principe, quem librum alphonso ne porti dicauit, adu  
tuus, inquit, Alphonjus, (ne a domellicis recedamus ex  
emplis) Antonio poete incredibilis quadam volupte

operam dabat, aliquid ex prisorum annalibus referenti, quinetiam rite  
rum ab eo scriptorum lectiones singulis diebus, audiebat, ac licet multa  
magnisque, interim grauaretur curis nunquam tamen possit ejus be  
ram libro dictam, a negotijs auferri. Pontanus autem Antonium patrem  
nostrum Panormitam intelligit, cuius poemata casta, pectusque Christianus  
undecungo spirantia, aliquot ego iuueni Tergesti agens apud Clarissimum  
Antistetem Petrum Bononum legi, quo tunc utatur C<sup>esar</sup>. Maximil. epistola  
rum magistro, adeo terfa puraque, ut mirari possit eundem huius operi suje  
scriptorem, sed memineris per quam paucis, vel potius nec dum, nisi fallitur.  
Secundo, Pontanicam etiam apud Italos contigisse felicitatem.

Haud inscij) Obseruanda poena à veteribus in ingratos sancti  
Libri optimi principum consiliarij. Et hoc inter excerpta per Ratteu  
damum legis n. 5.

Allusit autem ad prisorum morem, qui louem multū cognoscim  
bus insigniebant.

Similiter respondit olim improbè postulatori Agesilaus Lacedemone  
niorum rex, autor Plutarch. in Laconic. apoph. itaque iusta sunt, à prin  
cipibus petenda.

Aureum vellus) Sic C. Cesar, qui ante Neronem rerum poritus est, lani  
um Sillanum proenepotem Augusti, quia segnis ingenioque minimè videlicet  
esset, pecudem auream appellavit, autor Cor. Tacitus lib. 13. Soit  
res vero prædiuitem sed indoctum conspiciens. Ecce, inquit, aureum manu  
rium. Vetus questio versataque diu fuit. Sit ne rationis aliqua rù in beffu  
sum ytra animantium plus huic habeant, terestriane an aquatica. Sed à  
benignis

nemine hactenus tam digno atq; à Plutarcho tractata est singulari libello,  
quem nuper Gryneus vir ad miraculum dectus donavit latinitate.

Arations expertibus superari) Sic arcane literæ non semel ignauia  
humane obiecere animalium promptitudinem & sedulitatem.

6. Cognatæ vxor fratrib; Mors quædam) Cap. 7. Ecclesiastes lustratio &  
minibus que sub celo sunt, comperit amariorē morte mulierem, nimisrum  
imperiosam & malam. Contra namq; prædicta Ecclesiasticus ca. 26. Cui  
contingit vxor bona, partem bonam soritus est.

7. Innuens, opinor feminum genus obnoxium esse zelotypiæ, atq; hinc  
oriri rixas & querimonias, rursum maritus permolestam esse vxorum garru-  
litatem, qua molestia cariturus sit, si fiat surdus, nec illa vexabitur adulterij  
substitutione, si careat oculis. Sic interpretatur magnus noster Erasmus. Quan-  
quam id dicti Pontanus ille quoq; magnus vir tribuit ipsi Antonio Panor-  
miti lib. 3. de Obedientia, & de Serm. tertio. Sic enim ait Antonium Panor-  
mitam, cum ab eo quereretur, quibus maximè opus esset iudicaret ad conu-  
bijs tranquillitatem, respondentem audiui, nullas nec quietas, nec felices satis  
nuptias esse posse, præterquam si vir surdus esset, vxor vero ceca, ne altera  
ridelicet inspicret, que à marito intemperanter fierent plurima, audireb-  
obgamientem abs duo domini vxorem.

Magistratu homines cognosci) Non est sententia sed pronerbium  
quod quidam Pittaco Mityleneo, Soloni alij tribuerunt. Quanquam Aristote-  
les quinto moralium libro Biantis nomine citauit. Sensus autem est, vix  
saij perspici posse mores & ingenium in vita priuata, hominis. Verum si  
committas imperium ut quod libeat, idem licet, tum demum apparere, quo  
sit animo. Sic interpretatur magnus noster Eras. in operosissimo nunquam  
sat' laudando Chiliadum suarum opere.

10. Est & apud Erasmum numero 16. Philephum) Honos eruditioñ ha-  
bitus. Fuit Phileph. et atis sue homo doctus & fortunatus, inter sui cui poe-  
tas famam carnine primum auspicatus est, a principibusq; qui eo tempore  
floruerunt, magnis honoribus auctus & honestatus fuit. Cuius virtus ineun-  
tis atis adolescentie, postquam deseruere cupiditates, cum iam etate ma-  
tura senesceret magnis postea virtutibus emendauit, Autor Alexander ab  
Alexandris cap. 23. lib. Genialium dierum primo.

12. Nauali prælio) Gesto haud procul a pontia insula. Vid. Bracellum lib.  
3. ibi iam inclinata victoria. Dedidit) Ad procerum suorum genibus eius af-  
fuserum instantiam, inculcantiumq; cedendum fortuna iam, tum satis

multa eum & fortitudinis & inuidi animi dedisse, nihil item accidisse quod non maximus ac sapientissimus rex in melius breui commuteret. His tandem monitis cessit Alphonsus, qui non multo post versa fortuna inter dicere potuit. Nunc bene nauigauit, quum naufragium feci.

Alexandri exemplo Arriannus est autor. Cum Alexander deinde Dario eius tentoria cum solo Ephesione reuiseret, ubi regie mulieres portant, vxor qz Dary obuiam procedens Ephesionem pro Alexandre adiuvasset, quod forma maiore & augustiore visu esset, cum qz ille repulisset, alio regem ostendisset, Alexander ait eam non errasse, sed & illum Alexandrum esse, cui etiam quae mortuo benevolentia signa ostendit, Plutarchus referit in eius vita.

### Exemplum fidei in clientem & beneficiarium.

Ioh. Carac-  
ciolus.

Vir primarius ) Quippe sub ea regnum ipsum administravit, & in eius moderatione res omnes conquiescebant. Is eius prudente fuit, vel licet a regina Capuae principatu donatus esset, amiciqz & cognati cohortarentur ad insignia, ut moris esset, principatus publice accipiente, deficiatur illorum omnium cohortationes atqz consilia, dictans principatum cum a regum filiis solitum administrari, titulum qz principatus uniuersus illius solum, qui in regno esset post regis obitum statim successarius, si ergitur minime esse amplissimum, reginae domum per summam etiam rupiudentiam, per qz maxime inconsideratam ambitionem fudaturam, quam potius seruaturum titulum ipsum illi ipsi, qui futurus esset rex, interregni principatum, resqz eius probe, temperanter qz moderaturum, ut cum rex quiscumqz futurus esset, declararetur, principatu illi liberaliter tradito, nuntiulo qz adeo insigni in illum liberosue eius reservato hac apud illum ratione, & sibi & suis, & amicorum atqz cognatorum rebus aquae consuleret. Pontanus est autor lib. quinto de Prudentia. Ut veram) Nata rex princepsue solidam tibi gloriam ex honeste faciat pletam.

Litigij erisqz alieni comes egestas. Regibus pro redditu sumptuosa metiendi. Supplicij qz id est supplicationibus, ut apud Tacitum Annalib. 3.

Ad perniciem principum) Unde eius dictum elegans Diogenis noster moriente tenendum. Satius esse ad coruos deuenire, quam ad aliud latentes.

latores, quod hi & viuos & bonos etiam deuorarent.  
18. Accersito dolore somnum excutit rex.

Carolus Ludouici frater ) Vide Volaterranum in rebus Mantuanis  
20 rion ad suem, nec te paenitebit opera quisquis amantior es historie, cuius  
lettio prudentiam gignit, in primis necessariam qui populis regundis sunt  
propositi. Chir rex ) Regium est satius fidem seruare, quam compendium  
pecuniae sacere.

21. A superioribus regibus ) Lege Sabellicum, Fregosum & Ritium.  
22 Attendum severitate rege digna repressos qui offerebant parricidium se facuros in hostes eius. Simile & ijs respondit ) Regnum censem  
recte, incomparabilis rex virtute querendum.

23. Cecus dux Venationis. Agrigentii oppidum est Siciliae vicinum  
fluvio eiusdem nominis. Cum vero paucis ) Miraculi industria. Obseruandum autem caccum oculato melius vidisse.  
Insignis Nestoris Fauentini perfidia.

24. Pacem dandam, non vendendam esse. Perpetuo ferè oratore id  
et legato. Sub. Cas. Maximiliano nomen perpetui Oratoris tulit illustris  
Andreas à Burgo comes Castri Leonis appellatus, vir prudens perpetuoq;  
constans in fide opt. principis sui Imp. Maximiliani quam maiestati sue  
Carpensis Albertus, ut erat instabili ingenio, iterum prodiderat etiam con-  
donata Felonia beneficiarius. Andreas grandem pridem decepit, nullè  
superatos, tam sinceram fidem erga principes Carolum Aug. & Cas. Fer-  
dinan.

25. Mirus in olim hostem affectus. Patrem appellare consuebat ) Ob  
perpetuū memorabilem illam clementiam Philippi in se suoſq; regie stirpis  
vires captos exhibitam, scriptorumq; praconio celebratam.

Et hac quidem ) Lege Sabellic. s. Enn. 10. Blondus hæc tempora non  
attigit. Meminit Platina in Nicolao Quinto. Herede instituto ) Al-  
phonſus à Philippe Mediolani duce dictus heres bonorum, forte relictorum,  
at statu scribi heres minime potuit enim ad imperatoris dispositionem re-  
uerberatus, decedente sine legitimis heredibus Philippo, quem Franciscus  
Sforchia eius ob Notham filiam ductam uxorem armis sibi usurpauit, nun-  
quam tamen is, neq; eius filius primogenitus Galeacius Maria Sforchia, nec  
ex eo primogenito nepos lo. Galeacius Sforchia ipsius Ducatus Mediolani in-

uestituram ab Imp. Friderico quamvis ad rem attentiore, obtinere posse  
runt, integrum principem nulla via auri ab honesto dimouit. Scilicet e  
num in eo ceu imperiali regaliq; beneficio nec legitima quidem filia natus  
esset.

Existimarent & quidam eruditorum uxorem non esse ducentam  
mini literato. Contrà Beroaldus maior sexto in Apuleium commentarii had  
inscīte colligit studentibus discendi per nuptias occasionem tributi, defensio  
excusationem. Porro Fr. Philelphus formam uxoris Panormite noſſerit. Hecatosticha nona Decadis octauæ Satyr.

Poetari consueſſe ) Nota eſt doctis ipsius Enniꝫ vox. Nunquam pro  
tor, niſi podager. Serenus autor eſt Ennium ex immodico. Versus citantur à Caelio lib. antiqu. II. cap.  
30.

Staphati ) pro corrupto Thasati ex Blondo Syluoꝫ, Staphatum ſitum in iſula Sami eſt  
ſtitui genuinum vocabulum, Staphatum autem ſitum in iſula Sami eſt  
eſt in deditioñem accepere at confilio Iacobi Caudole. Porro notandum, q  
les eſt, qualia frequentur loquimur.

Diana Ephesie templum ) Habuit id ius asylorum. Qua autem  
eſt deſtagravit, eadem natus eſt Alexander pestis & pernicies Asia. Vide  
geronem libro primo de Diuin. & Plutarchum in vita Alexandri.

Asia decreto ) Attamen Erostratus templi incenſor non obſtant  
ne quis ex decreto eum nominaret, intentionem ſuam videtur afficiat, q  
nomine ad nos vsg; per tot ſecula deducto.

Non mundi huius nomen eſt ) Apud Mattheum legimus CH. I.  
STVM dixiffe ei qui ipsum bonum appellauerat. Cur me dicis bonum? Quid  
mo bonus niſi unus, nempe Deus. Porro bonus eſt qui bene facit. Quid  
nihil eſt verē boni in humana ſactis, nec bonus dicitur quifquam. Quid  
quid enim in nobis boni eſt diuini muneris eſt.

Rex morientem exhortatur militem.

Oppid. Carpenono ) Repouſi ex Syluo pro Capriuione.

Antony ) Unicum ille erat Renati Andegauensis rerum preſum  
adeo ut ab eo deſertus deinceps Renatus Alphonſo impar fuerit.

Diffamata ) Sentit opinor pro iam publicata legeꝫ militari preſum  
expofita.

Quam anime funus ) Agnominatio. Extat libellus Plutarchi quo  
miserans senerandi rationem datur, quod contra naturae regulam sit,  
qua est. Ex nibili nibil gigni. Et Deus & seruator noster in Euangeliō non  
conuenire tradidit mutua, qua amicorum causa inducta sunt, in lucri cer-  
titudinem vertere, atq; ideo retuit, ex mutuo quicquam sperari.

Manica ferrea belli signum. Iure belli ) Eo namq; licet prouocato  
diem & locum præliū dicere. Elegit autem fortissimus rex latissimum cam-  
pum qui interiacet Acerras & Nolam. Cetera apud Sylium. Nequic-  
quam expectasse, in octauum usq; diem.

Memorabilia in captum hostem beneficentia. Arpario ) Est in valle  
cardina lege sylium cap. ultimo Europe. Sic restitui pro Arpinio nisi &  
apud Sylium sit vocabilum corruptum.

Cum clas̄is ) Lege Bracellum lib. 3. Quod cum victo regi ) Pietas  
Alphonsi in commilitones.

Regius animus in aduersis declaratus.

Ob admirabilem animi fortitudinem sponte deditur Alfonso Bene-

uentana arx.

Boualengum Alphonsus incredibili celeritate recipit, diripit q; Pie-  
tas in fratrem defunctum.

Vix orationis regie ad exercitum.

Picenum armis Alphonsi recuperatum. Nunc est Marchia. Anconi-  
ta. Vide Blondum. Volaterr. Oblatas à Rom. pont. ciuitates recusat. Eu-  
genij Pontificis ) Hic ab initio souit acriter partes Renati, copiasq; pro eo in  
alphonsum duxit iterato, quem tamen postea conciliauit. Vide Ritium  
lib. 4.

Vulturni fluminis ) Campaniae cum oppido eiusdem nominis, nunc  
Castellum Vulturni vocatum.

Ip[er]met ) his sic acissimum exhortationis genus, principem hoc facere,  
quod ab alijs fieri rebit.

A rege miles ferre suffocatus in vitam reuocatur fomentis. Enneci  
Geuera ) Sic legendum pro Hemerico Sinuerga ut corruptissime scriptum  
vnicum meum exemplar habet. Meminit huius Enneci Comitis Arianensis  
Pontanus in lib. de principe pag. 88 fac. 2.

Aenariam insulam ) Nunc est isla vt suprad. Nec si mandares )  
Benevolentia subditorum in alphonsum captum,

Ob con-

Ob constantiam ) Erectus animus capti regis Alphonsi.

Iacobo ) Syluis est Iacobutius. Moronem oppidum ) Fort. Mm. v.  
vium vel Hortonem vide Pont. & Volaterra. Ea nocte ) Attende in mo-  
moda exercitus Alphonfini. Item imperatorem ieiuno milite non devet  
edat.

Portum Veneris ) Idem & portus Lunæ dictus. A Philippo de-  
nisse ) Quibus iniurijs irritati Genuensem animi aduersus eum confusa  
perint, latè refert Bracellus lib. quarto. Is ad Eugenium Rom. pont. Flo-  
rentinosq; a Genuensibus legatus missus est ad petendum auxilium, pre-  
tinenda recenti libertate. Meminit item Sabell. lib. 3. Enn. 10.

Alphonfus minime formidolosus ad subeundum periculum ob hanc  
stam causam.

Ad Surras Pelignas ) Legendum Furcas. Planicies est in religiis al-  
oppidum Furca, celebre alumno Nicolao Furensi, qui anorum memoriis  
Rome centenarius est defunctus, miraculisq; plurimi coruscans, aum-  
Blondus in Aprutio. Obseruandum militaria conuicia condonata.

Ioannem patriarcham ) Alexandrinum, cognomento Vitellius  
Sylvio Vitellschum. Cornetanus patria fut. Bipedium nequissimum  
Attamen ab Eugenio papa Cardinalem sub titulo S. Laurentij in Lazio  
creaturn, cuiq; Florentino fuit cognomenum. Inducias bellj) Pacato  
regni studium assimulans. Lege Sabell. & cognoscere dolos vel Ethnica que-  
uis indignos. At sanctus ille dux natura seuissimus & immitus, fuisse  
iurisfuerandiq; violator insignis, quod inuito Eugenio cum Philippo de  
Mediolan. Conspirasset, per insidias captus in Adriani male veneno subi-  
runt.

Natalis Domini ) Lege Blondum ad calcem l.b. 7. Decad. 3.

In expeditionem ) Posteriorem intell ge. Priorē enim ipse in 10  
truria nequicquam reclamante Rom. pont. Nicolao Quinto, sed ut pri-  
tentibus Florentinus pacem dedit. Initias ferre veteris nequeam ) Par-  
orem inuenio suisse, quod fœdus cum Francisco sphantia hoste suo inveni-  
Veteranos ) Enimvero veterani milites, preciosas spopelles. Hōs igit  
Commendatio militis. Q[uo]s cūm ) Amor glorie. Non sunt quatuor  
Periphrasis militis prompti. Atq; ita tristes ) Legimus apud Lanprado  
unū similem in milites curam, amorem atq; charitatem de Alexandria 20

## IACOBI SPIEGELII

229

uero imperatore, cuius exemplum dubio procul Alphonsus secutus est. Dicitur ille se magis seruare milites quam se ipsum, quod in his sit. a publica salus esset.

Crede mihi) Victoria à Deo expectandam. Quem si) Deus iratus placandus. Fundat fort. secundat. Præterea) Nomen honestæ famæ experendum. Alterna) mobilis, vici studinaria Postremo) Victorem benignum manifestat quam ferocem.

Aulicos agrotantes visitat rex & consolatur. Et profecto) Mors initium vite peccandiq, finis. Hoc itaq,) Hominis esse, ut in Christo moriatur, ad natum. Non absurdē) Vide Ciceronem ad finem lib. i. Tusc. Q̄est. Non modo malum) Diognes interrogatus num quid mali esset mors, quo, inquit, pacto malum, quum presentem non sentiamus. Certè uer ad mortem miserum est. Id si metuimus tota hominis vita quid altud est, quam iter ad mortem, aequanimiter) pro ex æquo. Ut quod omnibus) Solatium mortis quod omnibus moriendum. Non ex interuallō) Eadem hora nascimur & morimur.

Sed horum) Enumerat que temeritate fortune contingunt.  
Non minus animo) fort. amicos pro animo legendum. Ne quid ardentius) Innuit opinor, fratri vocabulum, quo dignamur quos supra modum amamus.

## SCHOLIA LIBRI QUARTI IN PROOE MIVM.

 ELEBERRIMA) DE NOBILITATE HV. ius insule plura narrat Cicero in principio quartæ in Ver. rem actionis, asserens eam omnium primam appellatam prouinciam. Zaccarumq,) Maniardus Ferrarensis vir doctissimus, multis conuincit rationibus veterumq, sententij non esse Plinianum Saccarum id omnino quod hodie vernacula Zuccarum vocamus. Sardinia) Proditum quoq, est in ea nasci herbam, qua qui vesicatur ridendo percitat. Cersita) repone Corsica, nisi vernacula sic Italie vocetur. Hac contra Genuam Ligustico mari alluitur, estq, vinetis cultissima.

Ff

culissima. Vīnum) Vulgus Cursicum vocat. Ebusus) E Balearibus vna sī contra Tarracōnēsia littera, Maiores minoresq; olim dicitur. Hād imp. Carolo, cui ut Hispaniarum regi parent. In catalogo ditionum ita consente eis titulo d plomatum, Maiorica Minoricaq; ut vulgo sit, corrupti vocabulis vocantur.

Cumq; sit Sylvius. Vestiuit seipsum nitidè magis quam pretiosè, sen-  
coraro ysis aut ostreō paludamento. Torniamentis) Emendauit torem matin.  
Qui vero Musica) Constat par studium Cæs. Maximiliano fuisse, ergo in-  
uante qua vetustas ignoravit, musices instrumenta esse inuenta. Seneca  
quidem) Aetas Alphonsi reliquia aurei seculi.

In cap. I. Amandi pedes modicis.

Seruant propemodum morem hunc Augusti fratres imp. Carolus &  
Ferdinand. Cæs. Hac de re) Panormita Alphonsi legatos ad Venetos.

Idem fecit patrum memoria Sigismundus archidux, principum &  
mūnium etatis sue extra contouersiam liberalissimus, cuius recordatione pte-  
fertim Tirolanis in quibus sedem habuit, etiamnum in benedictione est.

Lege quoq; Pontanum in de Liberalitate & in de Magnificentia, su-  
nē cognoscet in speciem, Panormitam omnino n̄ bil ad gratiam principi  
sui, sed ipfissimē veritati testimonium retulisse. Ceterum quoniam has n̄  
non modo par Alphonso, sed superior multò fuit aug. me. princeps meus Cæ-  
Maximilian. ex multis incredibilius eius liberalitatis exempli, hic sit salu-  
hoc in vniuersum meminisse. Eum scilicet, in clarissima Vienna sua anno &  
nato Christo M. D. XV. in XV. dñntaxat diem ȳs, suis aliisque sumptibus  
treis reges comitatumq; eorum impendendo supra ducenta milia aureorum  
Renensium, exceptio munierum pretio, qua & multa & magna fuerunt.

Imp. Cæs. Friderico tertio claves regni Neapolitani oblate. Panor-  
mita imp. Fridericum exceptit oratione. Augusta Leonora. Alphonsi ex soror  
neptis. Cæsar is frater) Nam Ladislaus Roma sub custodia Acene Sylos, &  
cui nihil non fidebat, reliquerat. Terracina) Restitui pro vocabulo ridicula  
prorsus Teriacunitia. Vide Blondum in descriptione tertie regionis.

Stellatem) Volaterrano adiutus reposui genuinam vocem. Habet  
codex meus ab indocto quopiam monacho scriptus sublatum. Vulgus autem  
agrum Stellatem vocat campum Ulva Capuam. Transeō venatione  
Vnius certe posterorum memoria dignæ non possum non hic meminiſſe  
in b̄s

in hoc enim à Pontano relata est fideliter libro iam citato tit. de Nupijs.  
Friderico tertio ut alia taceam, inquit, venatio exhibita est, quatuor milibus  
passuum à Neapoli qui locus à regibus venationi statutus est, fixa tento-  
ria in campis secundum Anguianam paludem, fontes è vario vini genera-  
pabim ad littus facti, mense appareat, in quibus supra triginta hominum  
millia discubuerent. Huc accedit quod qui spectandi gratia conuenerant,  
plurimi mortales, onerati esculentis plurimorum dierum domum rediere.  
Nesciam an Sol in hoc magnificentia genere quicquam viderit magnifi-  
centius.

5. Pacem autoritate procurauerit) Sed que morte eius statim turbata  
est. Lege Pontanum in historia. Italia impatientissima est diutine trans-  
quillitatis ob partium studium, quod cum lacte bibit, unde calamitas illi  
perpetua & nata est hactenus, & nasctur. Maximè vero ad Romanorum  
prefatum casus impunitate proposita, calamitatibus varijs intra ditionem  
ecclie configitur. Exempla habes apud Cardinalem Papiensem, & qui  
post eum scripsit Platinam. Oblivio priuatarum iniuriarum ob publicum  
bonum summopere commendanda.

6. Philtra nocent animis, viuīj surorū habent. Sors mentem abstulisse  
set) id est fatalis euentus. Inuit autem calamitatem non esse adiungens  
dam calamitati. Inhumanius) Quinimo iniurissimum, iuxta tex-  
ir C. cum percussio 7.q. 1.l. diuus Marcus ff. de offic. Presid. cum iurib. simi-  
lib. que Accursianum scholium indicat.

7. Purgatum regnum. Vipianus congruet, inquit, bono & graui presidi  
(quod nomen seu generale, vt Macer Iuriscons. docet, omnes prouincias re- Quomodo  
gentes complectitur) curare, vt pacata atq. quieta prouincia sit, quam regit prouincia  
quod non difficile obtinebit, si sollicitate agat, vt malis hominibus prouincia purganda  
careat, eosq; conquerat, nam & sacriligos, latrones, plagiarios, fures con-  
quirere debet, & prout quisq; deliquerit, in eum animaduertere: recepta-  
resq; eorum coercere, sine quibus Latro diutius latere non potest. Certe à  
Romano principio qui à media ferè antiquitate modo imperator, modo Ce-  
sar communiter appellatur, ceteri reges proconsulum legatorumue  
loco verius censendi veniunt. Solius namque Romanus princeps  
idemq; Germanie fortissime vereque libere nationis rex, monscha-  
babendum est, à cuius obedientia, vel si maiis, ut vulgus loqui-  
tur, recognitione aliarum prouinciarum magis quam propriæ  
regnorum

regnorum se se reges substraxere de facto, vt Bartolo ceterisq; veritatum anterioribus visum est, quicquid pro rege suo Sorbonicus quidam Beda nunc dacijs patronus et alumninator q; quod orbi constat, ne quis simus debilitatem, qui uersus augustam Germanici eiusdem & Rom. principis militiam statem, qui idem & Cæsar, & imperator, & Augustus a Deo per os septenvirorum quod Electores appellamus, constituitur. Ridiculum autem, in modo per summam mea pudentiam, nonnulli sibi Gallorum dynastæ stemma Germanicum usurpati, nuper ad regnum vocati, quum luce meridiana clarus sit a Gallo Copeps, qui regium nomen inuasit, duntaxat Gallos in non ultra vere Francia, q; gnavant in Gallia absopris.

Significans magna felicitatis esse ab improba muliere liberata. Placuit Erasmo & hoc Alphonsum inter cetera locare nu. 15. vt & mis sequens nu. 14.

Sive quod existimaret multò optabilius esse, hostes insugam vere & re, quam occidere, sive quod putaret hostes pecunia solicitandos, ut ab his discederent, sic interpretatur Erasmus noster.

Habes argumentum vere constantis animi. Eiusmodi sunt & C. 17. Maximil. nec secundis elatus rebus, nec animo aduersis infraicto.

Vocem audi vere Christiano rege dignam.

Nil se dolere) Quid hac moderatione ciuilis? Hoc exemplo facile est iis ignoscendum qui imprudenter delinquent.

Antonio scilicet Caudola, de ille supra cap. 33. lib. 2. Caudolatum (1) familiam præpotentem Alfonsi filius Ferdinandus rex suscepit. Prodigio Italica vulgari lingua vocabulo hoc intelligitur, maiestatis reus conspirans in eadem principis & publicæ tranquillitatæ perturbator, Cerè irre noscitur quæcumq; absq; summi principis voluntate fit coitio, seu suscepit pro con spiratione rebellionēq; habetur. Quæ principis autoritate nuntiatur, vi nuper inuictum Suevicum fœdus, iusta est maximè consenda. Et priuata societas concessa, modis tamen legitimis contrahenda. Igne comburi posse p̄ exemplu, qui quum Sertorij literas in Hispanijs intercepisset, in quibus erant inclusæ complurium ducum epistole, Sertorium ad neutrandas res statumq; ciuitatis immutandum Romanum invitandum, exusit omnes, vt improbis daret pœnitentiae locum & in melius mutandi consilia facultatem, simulq; docens quantum sit crimen.

rimen alienas resignare literas, aut quod tibi per literas ob signatas credi-  
tum est, sub diuim efferre. Lege Plutarc. in vita Pompe. Et est hic Alphonso  
ni animi liquidum metu liberi argumentum.

14. Attende indolem excelsam Alphonsi adolescentuli regis. Pulchre in-  
nuit paucos bonos regum esse consiliarios. O amici presentes responsum.

15. Non mirum igitur quod regum omnium etatis sua sapientissimus sit  
habitus. Hoc enim non prestat nativitas, sed institutio recta frequensque lectio,  
vel regibus in primis necessaria, propterea quod ea in libris inueniant, de qui-  
bus a suis raro admonentur. Nam serè hoc studio est his, qui viuunt in aulis  
principum, ne quid commoneantur, nisi blandum auribus. Quia de re supra  
non nihil quoque annotauimus. Quod ad hunc quoque locum facit à Pontano  
in libro de Principe memoratum a me in prefationem libri 3. annotatum est.  
Quibus addendum duxi hic, quod eodem autore Alphonsus nunquam sine li-  
bris in expeditionem profectus, tentorium, in quo afferabantur, iuxta se  
poni subebat. Cumque nullae Fabiorum, Marcellorum, Scipionum, Alexan-  
dron, Cesarum haberet imagines alias, quas intueretur, libros inspicie-  
bat, quibus gesta ab illis continerentur.

16. Ex hoc cap. deprehenditur Alphonsi regis melior natura, singularis  
doctrina, commendanda exercitatio, raraq; in rege affabilitas.

17. Ex libris ) Hac voce profitens se libris debere omnia. Est & apud Eraf.  
vix cipiam haud immerito obseruatum. nu. 13.

18. Cyrus maior quo non alius regum populo fuit charior, dicebat. Nem-  
nem debere suscipere principatum, nisi melior his in quos susciperet. Socratis  
hoc dictum, siue nescio cuius, multò magis ad principes, magistratus & Epis-  
copos Christianos pertinet, quam ad Ethnicos.

19. Obseruandum verbum Christiano principe dignum. Quamuis vitam  
turpem abrogare autoritatem docenti vulgatissimum illud apud Catonem  
carmen admonet.

20. Turpe est Dottori cum culpa redarguit ipsum.  
Asperius regnare ) Certe vi proditum de Alphonso est, inuitus acces-  
sit ad capitale supplicium, odit tamen scelera, sedulog; vindicabat, ne quis  
impune pessime gloriaretur. Trullant auream ) Bracellus scribit in fine hi-  
storie sue conuentum esse de aurea patera quotannis regi mittenda, vt eius  
animus eo munere delinitus, & memoriam exueret quod deuictus captiuusque  
fuisse, & sedus attentiore cura seruaret.

*Cur male habitent, qui medium domum incolunt.  
egregium de eo, quod in re ardua non est cest:ndum. Exemplum fuga.  
Pontiam Insulam) Vide Blon. de hac insula in tertia regione supra citata.  
Maturare) pro properare usurpat, nec sine bonorum autorum exemplo.  
Cinerem omnes equate.*

*Aliorum sales pertulerit) Fortasse in se retortos, aut intensissimis  
& obliquos. Sic Iulius Cæsar dictoria in ipsum iort a probauit.*

*Idem Cæs. Maximilianus fecit in quendam equitem Montisferatu-*

*Venatione usus est) Planè regia exercitatione. Sane Xenophon  
uis autor lib. de Venatione à se scripto, probare contendit venandi studiu-  
plus ad virtutem habere momenti, quam cuius credibile videatur. Quam  
vero Cæs. Max. venationi fuerit deditus, non Germania nostra tantum, sed  
norunt etiam & Tagus & Ganges, forsitan & Antipodes. Lycurgus tradidit  
autem idem Xenophon, qui & eius rei meminit in libro quoq; de rep. & le-  
cedamon. Legibus, quem Fr. Philelphus latinitate donauit.*

*Ab Düs olim) Notauit verius principum ambitionem, ut est apud Eti-  
uatos neminem quoq; sua portione contentum esse reperias, ut est apud Eu-  
num. 12. Libri sunt Magistri preceptoresq; regum.*

*Mendacio qui qui. Comparat vitrariis beatam vitam. Alpho-  
fuere codices quoq; thesauro preciosiores. Diffamatissemè) Pro diuina  
gatissemè. Quicquid autem ex hoc genere vbiq; præstans innueniebatur  
ante Alphonsum ad ducem quendam ea etate Bituricensem descrebat &  
mercatoribus, quod nunquam pretio parceret, dum res digna prioris  
retur, quod & Fridericum tertium aug. Principem aliqui minime prope-  
sum fecisse constat. Mortuo Bituricense nunquam quicquid Alphonso, donec  
eam laudem ad se transtulit, præstantissimis quib; geminis, lapillis, &  
se emptis: quin etiam cum aliquando compertum haberet insignes quæda-  
geminas venales non esse, magna pecunia vt eas videre posset, redemit. Pa-  
lius secundus P. M. visus est hac in parte, glorie horum inuidisse, & quo-  
uis id agere se ostenderet, vt in Pontificios ornatus ac templorum ornan-  
ta splendorem hunc suum conferret, iudicatum tamen est supra penitenti-  
grauitatem huic rei induluisse. Siquidem in mitram multas opes contul-  
coemptis vndiq; ac magnis precijs, adamantibus, saphiris, smaragdi, Cle-  
solitis, Iaspidibus, vniōnibus & quicquid gemmarum in precio est, quae  
ornatus tanquam alter Aaron in publicum forma humana angustiora pre-  
dicta.*

Gemmari  
studium.

bat. Inspici tum ab omnibus solebat & admirari. Hanc ob rem nonnunquam peregrinos in urbe retinunt, intermissa ostendendi consuetudine, quo à pluribus eodem tempore cerneretur. Pont. autor in de splendore, & Platina 3. in vita Pauli secundi. Hominum actiones media voluntate temperantur. 35. das. Arte praeceps subdit meliores reddendi. Enumerat singulares vereq; regis Alphonsi virtutes. Scite colligit rex immortalitatem anime. 30-31. phisica causarum patronus soro prohibitus.

Sibi vitam agere liceret.) Quoniam iuxta præceptum Apostoli, Vnus quicunque in ea vocatione, in qua vocatus fuit, manere debet.

49. Sentit illos esse ex animo amicos qui principem magis amant, quam timent. Sic interpretatur Eras. num. 11.

51. Observandum regem Alphonsum nunquam iurasse, nisi per ossa patris. Nec quisquam unquam Cæs. Maximilian. iurare audiebat, obscenum verbum excidere ab ore eius. Totus virgineus facie, lingua, moribusque fuit. Sed tamen assibilis, facetus, urbanus, iucundus & apertus erga eos,

52. quos in arctiore familiavitatem seleggerat. Immensa liberalitas Alphonsi scientis bonum regem habere quidquid subdit possident. Locupletes efficere.) Nobile Constantij Chlori dictum hoc adscribendum putau. Is amicū admonentibus quod in augendo fisco videbatur indiligenter, respondit. Publicas opes rectius à priuatis haberet,

53. quam intra unum claustrum reseruari.

Popularibus enim) Sapienter. Quoniam subditorum amor atq; benevolentia, veri sunt principum thesauri atq; diutiae. Non pecunia imperata.

51. Alphonsus violati erga se fæderii nihil secius obseruator candidus. In Philippum patrem) Rarum gratitudinis exemplum. Quoniam beneficia) Vulgus hominum contra facit. si quid cui benefecerunt sine fine predican, in se collocati obliuiscuntur beneficij. Sed regnum Neopolitanum) id est ex animo inde apparet quod eum Alphonsus testamento heredem scripsit in periculo quondam mortis, provocatus, opinor, ipsius benevolentia, qui prior Alphonsum heredem instituerat in simili periculo.

56. Iaciebat) Sic legendum ut sensus constet, & non dicebat. Sed vt sedes conflet sagittandi alphonse peritie haud grauabor subiçere. Suetonius verba in Domitiano, que sequuntur. Armorum nullo, sagittarum vel precipuo studio tenebatur. Centenas varij generis feras sepè in Albano secessa

secessu confidentem spectauere pleriq<sub>z</sub>, atq<sub>z</sub> etiā ex industria ita quendam  
capita sagentem, vt duobus ictibus quasi cornua efficeret. Nonnunquam in  
pueri proculstantis præbentisq<sub>z</sub> pro scopulo dispansam dextræ manus pavidæ  
sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innecuuntur  
uaderent.

Distinguebat ) profiniebat nisi non intelligam.

E I V S D E M I A C O B I S P I E  
G E L I I S C H O L I A I N O R A T I O  
nem Alphonsi Regis,

**S**CIO PLEROSQUE) EST HAEC ORATIO  
petita potius ex rebus, quam ex artificio. Sed sancte regalis  
Verum dum ) Notatur ignavia principum temporis sui. His  
enim ) Fiducia in Christum. Si vici fuerimus, calum  
Persuasione condonationis delictorum. Capta Constantinopolis  
nopoly ) Nicolaus Quintus P. M. dum Constantino serius succurrerit, Nam  
cum vrbe Constantinopoli Mahometo Turcarum regi trucidandum sed suscepimus  
autore Pontanus in de beneficentia. Confestim suscipiam ) Sed suscepimus  
ab eo nusquam legitur. Quamuis teste Pontano Alphonsus rex, vi magnum  
auri summa à sacerdotibus exigere, trajectorum se cum exercitu in Gre-  
ciam aduersus Turcas solenni voto, facta etiam re diuina proposita  
est, quod hic regem præstantissimum effuso compulerit. In Albana tamen  
& pecunijs & militaribus praesidijs iuuit Georgium Castricum cognomine  
to Scandrum, virum fortem multoq<sub>z</sub> nominibus clarum. Ex hac eius ratione  
gratitudinis exemplum in regem Ferdinand. Alphonsum F. cui circumstans  
penè Baroli in Apulia ab Io. Antonio Vrsino, ac Iacobo Picinino eius duce ex  
insperato affuit cum classe eq. circiter M. nec multo minore ped. numeru  
non rogatus ipse. non certior ab rege factus, sed tantum memor beneficiorum  
ab Alfonso illius patre in se collatorum. Qui & Troiam urbem, que  
nunc Croia est. à Turcis recepit, autores Sylvius,  
Pontanus, Volaterranus.

ALPHONSI REGIS TRI-  
VM PHVM SCHOLIA  
PIEGELIANA.

237

**N**DE SVSCEPTA FVERIT TRIVM-  
phandiratio, Pontianus attigit in de Mognificentia, Alexan-  
der ab Alexandris copiosius in cap. 22. lib. Cenial. i. m. Dic-  
tum primi. Rob. Valturius excludit, ut omnia eius d' serre  
scripta sunt, lib. 2. de re Militari. Est autem trium plus o-  
rumum militarium rerum honoros suprenū maximaq; omnis virtusq; juxta  
etatis, vniuersae viris exaltatio & occursum.  
Murorum pars diruta) Sic Caesar Maximilian. Ultraictinū ad in-  
perata facienda compulsi, sorum urbem non nisi muri d'secta parte ingre-  
di voluit. In cuius) Descriptio arcu triumphali,

Pisearia) Olim Aternum viris, Sora) Pristinum non en reginet, sed nunc  
medioere oppidum. Rheygi) Sic scriberunt ad differentiam Regij Lepidi  
viris in Cappadocia regione. Hoc in Siculis fieri littore iacet ad frontem A-  
pennini in id sive porcicem, claram pestolon in cacia, qui iugaciss vel. lib.  
hoc primum loco Italiam attigit. Venafri) Cattia. San. h. oculi altitudine.  
San. Seuerino) Id oppido in Campania nomen est. Sigentia Sarsicena in-  
grem peris, tibi legenda (st. Fortanus in lib. pr. no. 6. faro. s. e. de l' illo  
Neapolitano. Nufsi) En etia Nufsi) Eam Plinius inter Cabinos. Strabo in-  
ter Umbros ponit. Maratia) Sic pro Maratba, ut n. o. pro Cephalis. Capa-  
cij legendarum puto, recentioraq; oppidorum nomina sunt, ut apparet. N. im-  
mit autem Panormita Americi cap. 40. lib. 1.  
Pisibae) Victoria Deo tributa. Nurquam cr. m) Cereris accusata.  
Fluxa) Quod s. Grat. Cenius sub aquis vestigia tigens.  
In stabile) Id indicat volubili pila certio nefis flatore loco.  
Celtiberes) Ex Celtib. & Iberi gen. maxima. ib. ciiu n. n. icelom  
inuicem patram. Lege Diodorum Siculum lib. 6.

Vulgo Cathalanos) Quod in ea loca considerint q; a. Cetili primi  
deinde Alani tenuerum non en est ei in d'rum, q; est Cetihalani. Lubolini-  
si non depravata est à librario, Persicam opinor esse vocem.

6g

Sedum

Sedem periculosam) Nimirum propter ejaculatum ignem, ut sibi  
Alphonse rex) Angeli verba ad Alphonsum. Nota condimentum omnium res-  
tum esse Constantiam. Armato) pro fortia, invictoq; Egare vicit patet  
Celebratur Agesilai illius magni Lacedamoniorum regis dictum praecep-  
bus ediscendum. Imperatoris officium esse, erga rebellantes audacia, erga  
subiectos benevolentia vti. Neg, enim vere vitor est, qui iracundia vni-  
tam flagitant, frenum nesciu imponere. Lege Senecam cap. 1. de Clementia  
& Pontanum, qu post omnes melius scripsit de officio victoris libro spe-  
ciato. Dividitur enim ciuitas) Neapolis in quinq; theatra distributa. Tu-  
nicensium) sic reposui pro voce mibili Luticensium.

Ac totius corporis) Fuit gracili corpore, pallido colore, rutilante barba  
& ad promerendam gratiam obuio, naso aquilo, oculis illustribus, capillis  
negro & ad medium cervicem extenso,  
mediocriq; statura.

# IACOBI SPIEGELII SELESTADIENSIS SCHOLIA IN PRIMVM COMMENTARIORVM AE- NEÆ Syluij. Librum.



HIEMENSIS ANTISTES) EST  
suffragijs Archiepiscopi Salisburgensis, eiusq; sedes  
in Norico inferiori hand procul a Pernau ad lacum  
Chimum sive Chiemensem, olim Taurinia vel Berth-  
num. Nescimus qua eloquentia) Sylitus ingenuus  
proficitur se Græcè ignorare. Apophthegmatu-  
boc est egregie sciteue dicta. Plutarchi) Cen-  
set magnus noster Erasmus nullum extare inter Gracos scriptores  
Plutarcho, praesertim quod ad mores attinet, sanctorem aut leto-  
dignorem. Philephus vertit) Est & deinde a Raphaele Regio II.  
sum opus. Sed vterq; in nonnullis locis lapsus est, nimurum homines trans-  
ambo, ut recte Erasmus dixit.

In 169.

In cap. I.

- Opem ferre) Contra Florentinos quorum Senenses perpetui sunt homines. Cossae Neapolitanus patria atque iusuit, qui autoribus Ioanne Archiepiscopo Moguntino Fridericoq; Austrie duce) quod oppresso Pontifice putabant Cas. Sigismundi autoritatem fieri maiorem) e concilio Constantiensi ausigit, caputq; apud Manheim oppidum Lud. Com. Pal. Rhens triennio custoditus, tandem Cosmi Medicis eius amicissimi procuratione quadratum est, Medicem pecunia Cossae opes suas in tantum auxisse, ut & primarius apud Florentinos ciues & dutissimus omnium apud Italos sit habitus. Me oblecto) Sunt qui putant non probandos esse, qui prorsus non ferunt voluntiam adulacionem, quod profit in hoc, vt homo perspicat, qualis esse debeat. Sapientia esse in tempore aule dicere, vale. Accinit Pontanus ad Buxutum lib. Amorum secundo.

Hoc sapere est. Buxute frui melioribus annis.

Cum libri fieri carminibusq; senem.

Castra alios ac bella iuuen, nos leta columpi.

Ocia, & Aonia filia canora lyre,

Vita bonum commune quidem est bene vivere solus.

Nouit, qui ingenij dona beata colit.

- Ostendunt enim) Seneca grauis autor censem magno animo contemnendum, qui oburgavit illum, qui posita dignitate prætulerit querem omnibus, quem plus consequi posset. Apud alterum Senecam in Thyestae Chorus secundus fortune humili securitatem commendat.
- Sed forte non tam illi nocuere Liao, quam Gregorius Rom. pont. is qui inter ecclites habetur, atque quatuor Ecclesiæ doctoribus annumeratus est.

- Quamplurimas) Nam treis duntaxat poetæ ponunt. Quamvis sunt qui putent tribus Harpyias addi ab Homero quartam nomine Cryellam, quod tamen non probat Celsus cap. 26.lib. antiqu. Lection sextodecimo. Greci grammatici Harpyias interpretantur aues rapaces Sidonius Apollinaris videtur usurpare pro raptatoribus, immorieribusq; pecunie. Harpyrum formam describit Verg. Aen. 3. Non obscurum est quos hic signat Sylvius & ipse aularum asserta. Nempe aulicos nonnullos, quibus est insatabilis habendi sit.

Bohemum) Vulgatiore cognomento de Praga. Constat eum & de  
étrina & eloquentia fuisse Ioanne Husio superiorem, cuius tamen de ipsius  
charisita sententiam minimè sequutus est, vt appareat ex tenore sententiae  
eum lata. Etsi Vuenceslaus, Sigismundus frater, Albertusq; gener in degra-  
uata inciderint tempora, non tamen deprauari se erroribus permisit, &  
calice perpetuo abstinuerunt, & inania dogmata contempserunt, aut licet  
Volaterranus Cardinalis Papiensis lib. Commentariorum sexto. Scribita  
men Vuenceslaum publicorum omnium negligentem, atq; ita voluntate  
deditum, vt de paranda tantum mensa illi essent consilia.

In Clitum) Sic legendum & non inclitum. Cædem Cliti in tri recta  
perpetratam autem est Plutarchus, Penitentia facti docuit Nam, vi Di-  
dorus Siculus scribit, Alexander sibi ipsi vim intulisset, nisi a stipenderet  
retentus fuisset atq; in cubiculum portatus. Ibi noctem diemq; sequentem  
totam in luctu transegit, ac nullo edito verbo tanquam elinguens tacet.  
tantummodo profundissimis suspirijs astuans, amicorum ad se accedentem  
sermones nullo pacto auscultare poterat. Tandem cum Aristander rati-  
ciam, quam de Clito viderat, aliaq; sibi cognita ei narrasset, docuitq; q; ian  
id ipsum, quod fecerat, euenisce, leniri cœpit. Ut ait ille) Psal. 136.

Salutaris, hoc est utilis. Decori itaq; excessus utilitate excusatum. Vi-  
etas in hostes arguit amorem in subditos. Misericordem pro clementem  
vsurpat. Negat his intelligit Florentinos ipse Senensis.

In Albaniam) Olim Macedonia portio fuit, Sylviu in Europa puto, ut  
incolae ex Albaniā quendam venisse quæ vicina Colchidi in Asiatica Sy-  
bia memoratur. Vera ratio) Quid enim est simulare, quam sub veritate Sy-  
specie velle decipere? Legi & alia vicia in Sigismundo eminuisse praetrum  
apud Scriptorem Hungaricum. Sed forte Sigismundus simulare pro comi-  
uere usurpauit. Constat autem ad multa conniuendum esse principiū  
vnde cunglaudato. Siciliæ comiti) Emerdauit Celelie vel manus, vi manu  
vulgi vocat Cilia, vt forte Sylnius scripsit. Oppidum est veteris Norici quæ  
hodie Stiria nuncupatur, ditionis Austriacæ domus, retinens vestimenta  
cubinæ) Veronicæ illi nomen erat, quam tamen pater eius in proficiente  
demerit. Vxorem) Ex comitibus Croacæ natam. Interfecit sua manus.  
Sylnius autor in Europa cap. 21. Anno proximo) Is fuit a nato domine  
M. CCC. LV. Sardanapali epitaphium) Fuit uix rex Nisi  
Persica

Perseus regionis, usq; adeò effeminatus, ut eius nomen in proverbiū abierit. Vid. Eras. in Chiliad. Strabo epigramma refert lib. 14. Diodor. Siculus lib. 1.

20. E manu panperis ) Non tantum sordidō sed omnino iniuste. Verum immensa opes eius non peruererunt ad tertium heredem, vt stet, opinor, vulgatissimum verbum.

De male quæstū non gaudet terrius heres,  
Post aliquot enim annos sub Casare Maximiliano vidimus eas maiorem in  
modum attenuatas dissipatasq;. Eras. in opere iam nominato latissime  
explicat, que res huic proverbio, aut regem aut fatum nasci oportere, de-  
derit occasionem, quam si legeris mox intelliges Aeneam hanc insulam fa-  
cere optionem.

23. Darij regiam) Strabo lib. 16. Sadraca Darij regia, eius qui Hystra-  
spis filius fuit. Alexander ab Alexandrī plures regias velut regalī opulen-  
tis monumenta apud plerasq; gentes laudibus celebratas enumerat capite  
sexto libro Gen. Dier. tertio. De Neapolitana arce conuenit Pontano cum  
Sylvo.

24. Franci intellige de Gallicis Francis seu occidentali bus ut nonnulli lo-  
quuntur. Nam Galli à Francis Teutonicis sive Germanicis subiungati victo-  
rum nomen tulerunt. Idem nomen Germania prima complecti cœpit, vnde  
legimus Mogunciacum. Spiram. VVormaciam inter urbes Teutonicae Fran-  
cia sive orientalis, que & Austrasia nomen habuit numeratas, & in hac  
Francia precipuas sedes habuerunt prisci Francorum reges omnes, & Ca-  
rolus ipse Magnus ac huius nepotes, vt Rhenanus noster lib. rerum Germanic.  
primo luculententer ostendit. Cui id quoq; debemus, quod hactenus pauci ani-  
maduertere, quod Francia Germanica post subiugatos Boieros & Saxones  
totum regnum Germanicum complecti cœpit, quod hodie Romanum impe-  
rium appellatur. propter titulum quem Germanorum reges habent. Rex  
esse) è Merouingorum familia, cuius maiores puriputi fuere Germani, si  
Hilderico apud Gallos, qui nobis Hildericus, nomen fuit, extincta in eo sine  
liberis decedente Merouei progenies est, à quo Merouingica familia, que  
per trecentos annos amplius domi forisq; res egregie gestit. Sola purpura)  
Quoniam apud palatio praefectos, quos vulgus maiores dominus vocat, omnis  
potestas manebat. Crines rotunderunt) Vide Chronicum Vspengense in  
anno Pipini & Carolontanni.  
Nebulone) Opinor Cabilone legendum. Quamvis canobij nomen  
in que

in quo abdicatus Hildericus monachum egerit, tacent omnes; quos equidem diligenter revolui, Regino, Sigebertus, Annonius, Otto, Chronicon ipso genere, Gaginus, Aemilius, Platina, Volaterranus, Sabellicus, Neudens. Nisi Sylvius eum ideo nebulonem vocauerit, quod alicubi legerit eum sicut dissolutum & effeminatum. Zacharie ) Mots scilicet oratione S. Bartolomei episcopi Herbipolensis, quam refert Paul Aemilius lib. 2. Nam minime audebat Pontifex tam magni momenti cogitationem suscipere. Plutina scribit hunc Zachariam inter opt. Pontifices annorum etat. refert Gratianus XV. q. V. l. c. Altius Ppinum ) Caroli magni patrem, decimo ab inito magisterio domus anno, nato autem à Christo secundum Regionem D. C C L.

Hugoni Senensi ) Lego eum sub Eugenio quarto fuisse in synodo T. 4 variensi, vbi iuratores ad cœnam Grecos atq; Latinos Philosophos Theologosq; monuit, ut proponerent, eorum se doctrinâ omnibus responsum, & partes siue Platonis siue Aristotelis defensurum.

Soz. in orum ) Sic emendandum pro Genzinorum. Ex hac familia primum Marianus Socinus etate Sylvij scientia iuriis non solam apud seniores, sed tota Italia late clarus habitus est, suparem eius filius Bartolomeus Soz. in us nostra memoria in eadem facultate ingenti salario Padua professa famam obtinuit. Potest amari deformis ) Simili sententia Lucutus claudit quartum librum his versibus.

Nam d. uinitus interdum, Venerisq; sagittis  
Deteriore fit ut forma muliercula ametur.  
Nam fecit ipsa suis interdum feminas factis,  
Morigerisq; modis & mundo corpore culta  
Ut facile infuseat secum vir degere vitam.

Crispini fortasse ) subaudiendum vxori.

Picinino quoq; ) S. Iacobo Nicolai F. Is eam pretextu causam habet Senensibus illati, quod ea ciuitas tantum auri pondus non redderet, quod patri suo deberetur. Tam fauit illi rex Alphonsus, ut eum in adoptionem semilia Arragonensis receperit.

Cur primogeniti Neapolitarum regum duces Calabrie confitatur, Hydruntina hodie terra dicitur, quæ Calabria pars olim fuit, ad Hydrunto oppido ad quod est ab Macedonia, Epiroq; quam brevissima naturatio. Lege Pont. lib. bistor. secundo.

Flaniani)

32. Flauianis ) Bilibaldo Birchemero Fauianis, quæ & ei Iulibona, vel  
Vindobona, seu Vindomana. Vienna est nomen ) Metropolis Austriae eiusq;  
principum sedes atq; regia, omniam vibium teste Vadiano viro doctissimo,  
quæ Danubius sustinet & adiun magnificientia & rerum facili copla cla-  
risima.

33. Adiacet lacui ) Vnde vulgo modo Lausanensis modo Gebennicus,  
quod & Gebennam attingat, vocatur. Somniant qui Alemannis ab hoc la-  
cu nomen inditum putant. Originem vocabuli quod multo recentius est  
quam Germanorum post Quadratum apud Agathiam, pecte ex Rhenani  
Germanicarum rerum lib. 1.

34. Securus accepit ) Tutius rarus dubie se fidei medici credere, quâne  
indubitate morbo perire, ut dicit Iustinus lib. 11. Antipater ) Plutarchus  
vt ceteri scriptores id tribuunt Parmenioni.

35. Principes expositos esse coniugis. Si verbis tantum impetrimus ) In-  
nuens eum, qui coniuncta velut dicta, quibus nihil levius formidat, vix su-  
stenturum popularium impetum. Alexandri Magni dictum illud est quam  
celebratissimum, Regis id esse proprium à quibus male audierit, in eo bene-  
ficentia maiore vt vtatur. Hypocitarum ritam ) Eorum omnium idem  
est propositum, ut quod ipsi minimè sint, id habeantur atq; appareant. De  
quibus vide Latini Pon. lib. 2. Ser. Ultra Sauromatas ) Sentit remotiores  
orbis partes. Ut lumen. Sat. 2. exclamatione initiali. Inter mortales enim  
videtur ad illud Psalmographi respexisse. Omnis homo mendax. Hoc Danti-  
dicum vice proverbi circumferri refert Polydorus lib. Sacrorum adagiorum.  
Ceterum ruxat admodum satyricò Philephus Hypocritas Hecatosticha 5.  
Decad. 2. Filius fucatusq; sit ) Ut puella quo facio vtuntur, quo aut for-  
mosa magis appareant, aut vt quod inest deformitatis omnino tegant, aut  
ex parte minuant, fucata recte dicuntur, ita quorum omnis verborum  
compositio ex eo adhibetur, quo aut verum oculat, aut fictum quispiam  
adjectiat, aut tanquam comat quod dicitur, ac res & verba lenit, fu-  
 vero adjectat, aut tanquam comat quod dicitur, ac res & verba lenit, fu-

36. cum dicimus eosq; fularios, de quibus iam Pontanius libro idem citato.  
In cena Domini ) Eadem magna feria Quinta alijs dicitur. Alphon-  
sus rex nouas de Eucharistia questiones apud se ab ostentatore Dominicanu  
excitatæ rideat, Sophistamq; repellit lepida argutia, qua colligit e Christi

37. corpore natum vermiculum. Notat Italicæ ipse Italus inconstans  
tiam, eiusq; Principes ignobiles fuisse seruos. Picinimum ) Nicolas Picininus.  
um patriæ Perusinum, cui id cognomentum à pusilla statura inditum est,  
quod

quod parvulum sonat, sicut a Bracello nuncupatur. Caterum quo in simili corpore, eo animi magnitudine & ferocia præstantior fuit. Gestæ campæ clara multa Sabellicus resert. Inter homines > Italos suis, vi sequitur, intelligit. Ioannem de Huniad ) Vrayuoda, hoc est, Praeses Transilvanie ille fuit paterq; Mathiae regis, regniq; administrator, durante etate papulari regis Ladulai Austriæ F. Alberti Rom. Hungarie, Boemiaq; regi, Enoq; Hora, magna fide scripsit, qui Chronicon Hungaricum componit. Horatio ploraz, Sylvius attigit in Europa sua. Scanderbechium Is fuit Cathartus, cuius memini in Antonio Panormite, lego apud Pontarum eum Statutum proper liberalitatem ac fortitudinem agnominatum esse, quo nomen a Turcis Alexander dicitur, & Alexandria Scanderia. Eius maiores in Macedonia latè magnum imperium tenuere, quod ubi patris successit Madematus Turcarum Imperator summus oppugnauit viribus. Pogembracium) Successor regum regum hic primus hereticus fuit, si modo persidet. Card. Papienfus fecit commentario, attigit in historijs suis Sylvius, qui illi in pontificatu acerbus hostis fuit. Is auditio Py obitu & Pauli secundi successione leviter transiit, Diuina vltione sublatum de medio Boemorum bohemus suffectumq; hominem Venetum, a quo ideo nihil timendum censetur. At Paulus tandem, pro gente ipsum Card. Portuen ante summum altare in Basilia Petri suggestum ascensens in Pogembracium ex diplomate sententiam recitauit, regnum persequitur. Marchionem Brandenburgen. ) Gestæ huius incliti principi successibunt, Sylvius aliquot attingens in Europa, Naucerus, & Crantius, aut quiritatis ille studiosus, cuius neq; ego nomen pandam, differeam si certe ipse autorem, multis aliquo nominibus celebrem, non olferem, eadem bellum in quo aliquot nomina propria Germanorum ad priscam etymologiam per quam scitè maximeq; plausibiliter restituit, quod hodie per omnes aulas profertur corruptè Brandenburg genuino vocabulo Brenburg, hoc est, Brenni castellum appellandum tradit, pro ut hec ab eius viris ciubus appellatur, cetera vide apud eum. Malo pater ) Versus sunt è tuuenda Syria octaua ad finem. Quam ex Hercule prognatum ) Siquidem iusta veterum observationem, præstantium virorum filii multum degenerant. Vide Roterdamum enarratum parœmiam Herorum filii noxe.

Goricia ) putant quidam ex loci situ eandem, que Ptolemeo Plinioque est Iulium Carnicum, sed Bilibaldo nostro est Villacum maxime clarum oppidum.

Huniades.

Scanderbe-  
gus.

Lutherus.

oppidum in Carinthia. Video tamen è nostris nonnullos nec indiligentes nec  
indolentes, qui inter Goriciam, nostra lingua Gertz, Gurciamq; Gurgk nullum  
discrimen habent, quem Goricia in Carnorum tractu præcipua urbs sit, quos  
vulgo transpositis literis hodie Cranos, die Kreyner appellat, sunt item qui  
Goriciensem regionem, quæ plerosq; insignes imperij comites suscepient, do-  
nec deficiente jobole facta est ditionis, ut nunc est principium Austriae, vocent,  
aus dem Karst. Gurciam autem in Carinthia vulgo Kernthen, quanuus &  
ipsa regio Carnis applicatur, Basilica a episcopali exornat, cuius præfulem imp.  
Fridericus primus in principum ordinem ascivit. Huic me adolescenti præfuit  
primum Cardinalis Raymundus natione Gallus ob insignem in Ces. Maximi-  
hanum persidiam detestabilis, omnium bipedum ingratissimus in indulgentis-  
simum principem, qui eum honoribus emolumenatisq; mirifice euehendum cu-  
tarat. Deinde Mattheus Langus Augustinus vir in Christianorum vrbe claris-  
simus, cui, cum virtutibus, tum meritis eius longè maximis exigentibus, idem  
Cesar maioribus quoq; honoribus titulis exornando studuit, declarato illo suc-  
cessore à Iulio & P.M. Salisburgensis ecclesie, cuius pontificum autoritas, ut  
ex annalibus nostris constat, in Germanijs sacrosancta est habita. Commemo-  
rationem hanc presertim in opere tot principum heroumq; memoria dicato, &  
Sylvio pontificum omnium maximo, debo principi omnium humanissimo, eis  
demq; doctissimo, quod eius commendatione mihi locus patuerit in Latina-  
rum rerum, vel potius externarum, Cancellaria, in qua ipse primus tenebat.  
Eius sauro curaq; qui potissimum ab eo pendebant, erantq; ministri laborum  
eius, sunt consecuti debitos honores emolumentaq; haud ignobilia, paucos ex  
innumeris honoris gratia referam eosdemq; mihi vel patronos, vel familiaritatis  
principia conjunctos, quorum primo loco merito mihi nominandus venit Pe-  
trus Bononus Episcopus Tegestinus, ut qui Italus me Germanum, haud secus  
aetq; sicut formauerit ad nauandam Cesariense Cancellarie operam, deinde  
Ioannes Collurarius. V. I. Doctor, cui primum ut magistro epistolarum in Cu-  
ria ministerium meum affuit presens, iam iam in immedicablem, quo paulo  
pot apud Tridentum non absq; bonorum desiderio extintus est, valetud nene  
prolapsus. Huic Iacobus à Bannisu natalum claritudine, prudentia item fin-  
gularumq; peritia nobilis, quo nulla Curiarum sua etate incorruptiorem &  
lignum habuit, successit, qui Tergestinum alterum in me referens, non mini-  
strum ut ipse magister epistolarum iure poterat, sed vi parens indulgentior,  
siliq; in loco audiens dicto, habuit & souit, nec unquam quam honoris  
Hb prefa-

præfatione vocavit aut appellavit. Testem habeo, qui mecum nunc amicissimam  
sem præstabat operam, nunc venerabilem Canonicum Dn. Erasmum Sint-  
bergium. Langianam item beneficentiam meruere Andreas a Burgo, cito  
mentio supra in Scholijs ad Panormitam facta est, Vitus à Farto Iurecon, &  
eq. Suevus, Semenij fratres Augustinus & Paulus, Rorarij fratres Antonius  
& Hieronymus, Paulus Gadius Blanca Augustus ab epistolis, Ioan. à Snepk.  
Baro, Cancellarius Austria, Erasmus Toplerus Iurecons. Noricus, Cuffinius,  
Medicus, Ostrofrancus, Christopherus à Stadio nunc Augustensis pontificis  
Margratus a Stain eminens princeps titulu præpositoriarum per Germaniam  
fere insignium, vir experiens saniq; cerebri, Petrus à Meta Hispanus philolo-  
phus acutus, Theologus & facundus post episcopus Pacensis Caroli Imp. V. mil-  
gister epistolarum, Sebastianus Sperantius episcopus Brixinenensis non tam ere-  
ditorum præconio, quam sua virtute etiam exteris nationibus commendatus  
Aegidius Rhenus præsul Chiemensis, Maximilianus Transylvanus, que ipsi  
est rerum suarum in Hispanijs procuratore, donec a Ces. Carolo proper singu-  
larem industriad, eruditionem, atq; fidem ad secretiora Sacrorum scribi-  
rum negotia tractanda receptus est. Nicolaus Ribisenus multa vir expre-  
entiæ, ingenij, in primis acuti, ac maximè compositis moribus, qui in  
mibi à condiscipulatu Heidelbergensi contracta amicitia hactenus usq;  
perfstat. Est enim mos) Bibitioni vel potius temulentie apud Saxones quo  
bahetur.

Fridericus) Quippe osor ipse vini ebriorumq; securus obtergator  
ebriates factitauit) Allusio est, vel si maius, Ironia. Nam is non vinum sed  
venenum quotidie bibebat præsumpti remedij ut consuetudine ipsa innatu-  
um fieret, autor Plin. caput. 2. lib. 25.

Pacem Tusciae redderet) Sed quam datam ipsa diu fertur  
quiuit pro solita constantia sua. De Viriato in Antonium annotandum. Quia  
nihil eorum, que illic relata sunt, repetemus, breuitatis causa, qua scilicet  
primis commendantur.

Alphonsum præfert magno Alexandro iracundo & temulento) Syl-  
phis patriæ amantisimus nullam non arripit ansam eius commendando. Ce-  
sar Fridericus Austrius saltationis osor. At Galli) Damnatur & eorum rite  
agentilitio scriptore Roberto Raguino in Philippo Valegio.

Dantem ferunt) Omnino Dantem legendum, qui fuit Florentinus  
gente Aligheria Durantis nomine ab initio vocatus, intercio deinde, v. j. i. m.  
pueris vocabulo Dantis.

## IACOBI SPIEGELII.

249

Coniuium) in duas voces deprauarat stolidus scriba, scilicet, cuius  
 nomen. Non mirum si Domitianus) Lege Suetonium cap. 3. in eius vita. Porro  
 quod pleriq; omnes ridiculum Caesaris factum accusant, Sylvius hic honestate  
 videtur. Nam tamen ex eo est illa proverbialis, hyperbole. Ne musca quidem.  
 At ego illis) Ut sunt cuncta iniuria obnoxia, libidoq; dominandi tam impotens,  
 ut nihil impium aut nefarium ducat. Vetus statu) que cuncta abolet. Inuidia  
 que serè, comes est felicitatis.

49 Hecatonis emendavi pro nec Cathonis, quamvis Erasmus noster Hea-  
 tum apud Senocam putat legendum.

50. Utinam nec Senenses) Et hoc amori patrie dandum, & quod mox subdit.  
 Baxtus eques) Nomen illi erat Nicolaus Maria Neapolis patria. No-  
 bilissimus Pontani elegia, qua is sui temporis militiam dimitat libro Amorun-  
 secundo, Virtutem in actione confidere, loquacitatemq; esse stultorum.

52. Sena vetus) Iterum patriae exerit amorem. Senam autem Hetruria vr-  
 bem antiquam esse, non tantum multi autores, sed etiam vulgatum dictum ad-  
 pud Italos demonstrat, quo sua lingua innunt Mediolanum urbem amplius  
 Ferrariam pulchram Bononiam fertilem, Florentinam locupletem, Senam ve-  
 rustam, Romanam sanctam & cetera. Est & Sena in Piceno de qua vide Volae-  
 terr. in Paralipom. Et natu) Aen. 3.

53. Barbari qui sint habendi, non natale solum, sed praui mores demon-  
 strant. Habet historia philosophos aliquot, quos tamen nemo dixerit Barbaros  
 quia Greci & sapientie nomine clari, qui mox potiti rerum crudelius illitera-  
 tiorem administraverunt.

54. Ennius) scilicet poet a quem Rhudie genuere veterste, vt ait Silius lib. 12  
 & qui primus ameno detulit ex Helicone perenni fronde coronam per gentes  
 Italas. vt lib. 1. cecinit Lucretius. Fuit alter paulo posterior Grammaticus no-  
 bilis, qui de meis scripsit. Regiones Prelatones) Qua ratione, vt in Panormi-  
 ta dictum est, homones Tullio lib. 1. Offic. de Iustitia.

55. Eam ob causam) Attende quam prudenter Sylvius arrepta e verbis Al-  
 phonsi occasione Senensem suorum causam commendet.

56. Coloniae Agrippine) In Colonia. Caput est inferioris Germaniae, que &  
 secunda dicitur. Marcellinus lib. 15. Secunda, inquit, Germania ab occiden-  
 tali exordiensi cardine, Agrippina & Tungri munita civitatibus ampliis &  
 copiosis. Agrippina Augusta, inquit, Tacitus lib. 12. quo vim suam socijs quoq;  
 nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum in quo genita erat. veterans co-  
 loniamq; deduci imperat, cui nomen indium ex vocabulo ipsius

Idem auter est Agrippinenses puduisse Germanica originis, Batavosque  
peius quam eos, quod patriam eiuarant originem tractasse, quam neq[ue] in  
Mosa extrema quaterent Galliarum. Cetera de Vbijs perenda sunt ex tam  
libro Germanicarum rerum doctissimi viri Beati Rhenani. Non praterea tantum  
putauit quod Paulus iuri consultus lib. ff. vltimo l. In Lysitania ita, de Cenit.  
tradit, in Germania inferiore Agrippinenses iuris Italicis esse. Quod est a ceteris  
tributoue immunem esse.

Protonotarius fuit) Sub. Cef. Maximiliano, qui ab extincto per summum  
scelus Rom. Sacardotis Chunradino principum Suevico soboli vltimo, primus  
post Cesarum in gentem suam externa attraxit regna (quum que suu alio  
cerit Cesar Henricus Lucemburgius vel nostratus vel affinis suorum) pro pri-  
tonataris coperunt Secretarij vocari, qui priori paulo atate fuere magistri  
pistolarum, superiori autem praefecti sacrorum scriniorum. Nequeo continere,  
quin dicam, tametsi veritas, ut dicitur, odium parit, regnum Siciliae, quod &  
Neapolitanum dicitur, vna cum Arelatense, cuius nomine superior Burgundia  
continebatur, Germanici esse iuris, intercepti interrupti, tamen per tot annos  
fraude Rom. pont. ad quorum usurpatam maiestatem, quam egerim fuisse  
bant fortissimi Suevici gentis imperatores, mirum est quam obmatuerint po-  
ca tempora nimis superstitionis Germaniarum episcopi. Sed bene hanc quid ab  
iniquiore occupatore nostra memoria licet beneficiario titulo in continuo  
rem, magisq[ue] affinem Germanico sanguini gentem, translatum esse, vel veris-  
us constat, armorum virtute ab ipsa gente receptum, videamus. Albertus au-  
strio scilicet genero Sigismundi regis & Augusti, ac vtriusq[ue] regni Hungariae  
scilicet, atq[ue] Boemici herede. Vnde nomen vnuquam maiore spe, vt Venetus E-  
gnatius testatur, ad imperium venit. Sanè conceptam eam de se opinuerint  
haud fecellisset, si non immatura morte intra brennum, quo prefuit, gla-  
uentus esset. Ut in eo aurorum memoria, sic nostra etas in rege Philippo Maxi-  
miliensi F. ante diem quoq[ue] crepto incredibilem Germanicam de se opinuerint  
iacturam. Conatus est) Studio amoreq[ue] Viennensem, qui tum opibus floribus  
qua non raro animos addunt, quos constabat quoq[ue] Alberti fratri quiam Ce-  
faris recens declarati Friderici studiores esse. (Romam pateret) Anno ab eius  
electione duodecimo, anno Christi M. CCCC. LII.

Taxat aperte principum Italiae perfidiam. Parabolonus, Vulgata lingua  
sunt Italij parole verba. Latinis verba dare, fallere est, vnde apparet syllo-  
gum parabolonus pro fallacibus usurpasse, quo vocabulo, ut minus adiutorio  
baltemus.

badeus nemo; quod ipse sciam, vsus est eo in significatu. Imp. Arc. & Ibeo.  
interpretantur parabolanois qui Alexandriae de curanda debilium corpora de-  
pistabantur. C. De epis. & Cler. Passus est Viennae viuere) Vnde memor-  
tabile profecto serae posteritatis tolerantia incredibilis exemplum reliquit.

19. Mazouia) Emendau pro Mazonie est ultra Vistulam Mazouia du-  
catus à Lituania Drauaniza fluvio diductus. Nominis rationem pete ex Po-  
lonicis annalibus. Puto apud Sylgium in Europa, quo loco Lituaniā describit  
pro vocabulo Massagetae, Mazoniae reponendum. Ceterum Ernestus sua atar-  
te Princeps nemini secundus ex Zimburge laudatissima famina Alexandri  
Mazonie ducis filia suscepit Fridericum Imp. tertium, cuius dubio procul hic  
Alexander necessarius fuit sue nepos. Praepositura) Tunc ea primi apud  
Vienneensem tum clerum tum populum erat loci, nam autem post episcopar-  
lem dignitatem secundi. Nam haud admodum multo post Imp. Fridericus &  
eam & Nouę ciuitatię ecclesiam, sedes episcopales scito Pauli Secundi P. M.  
nuncupatas curauit, quam iterum in Italię descendisset voti soluendi causa,  
quibus ille tunc ceremonialibus ritibus à Pont. patribus, proceribusq; Rom.  
exceptus fuerit, que in senatu patrum Cæsar exposuerit, qua liberalitate tra-  
ctatus à Pontifice, qua item munificentia ornatus fuerit, iam retrocessurus in  
Germaniam, diligenter atq; ordine recitat septimo commentariorum libro  
Cardinal. Papiensis. Ex prolixia eius narratione, que tamen curioso lector  
non potest esse molesta, quod mihi mirè placuit, posteritatisq; noticie tradi-  
tum est à Cardinale, qui rebus interfuit (quum is autor paucis, ni fallor,  
notus fuerit Germanis) haud grauabor huic adscribere. Imperatorem admo-  
nuerat, inquit, inter vestiendum ceremonialium magister, ut transversam  
stolam & pluuiiale ad sinistram apertum acciperet. Sed ille me audiente qui  
proximus eram, non faciam, inquit, & utrumq; à collo ad pectus rectum in-  
duens conuersusq; ad magistrum, sic, inquit, semper sum solitus. Suadente  
iterum illo, ut post Euangelium decantatum pro aliorum consuetudine ad pe-  
titionem Pontificis osculandum ascenderet, germanico verbo, quod à circumstan-  
tibus est intellectum, & hoc etiam, ait, minimè, putans, videlicet, ut credi-  
dam. At qui literas) Pontanus in libro de Principe grauiter refellit, qui  
literas accusant. Licet autem non omnes, qui inter doctos numerantur nota-  
careant, vitrum tamen non ad literas, sed ad ipsorum ingenia referendum,  
quamquam littere ipsa propter celebritatem conspectius illud efficiant.

Bononiensium insanias). Hoc ideo dicit, quod, sic ut ipse in Europa  
de Bononiensibus scribit, mortuo Bessarione Cardinale legato Pontifici, qui u  
nobilitati plebis iuxta charus fuit, eò deducta ciuitas est, ut Legati papali  
gare magis quam imperare queant. Bononiavi prius Felsinam vocatam ce-  
dunt, deinde à Boëjs, qui eam Hetruscis ademerant Bolonium & paragru-  
matissimum Bononiam.

At bene) Astipulatur Pontanus lib. 1, de Alphonso scribens. <sup>Hoc 19. 1</sup>  
gnante, inquit, Italie res maxime floruerere. Nam & bella multa fortissi-  
mata sunt, & bellis partim compositis, partim confectis pax secuta est, trac-  
quillitatis atq; opulentia plena. Hec etas fortissimos duces, sapientissimam  
rum publicarum administratores habuit, viditq; literarum studio ma-  
gno fauore, ingenti frequentia, post tot seculorum in-  
teriecta interualla renocari.

## IN SECUNDVM LIB. EN. SYLVII SCHOLIA. IN PROOEMIVM.

**S**UPRA VERVM EXTOLLINT) <sup>PER</sup>  
culoſa ſane ac maximè pefilens hominum conſuetudinē  
familiaritas, quorum quia primatum virorum ponti-  
cū, ac regum præcipue, plene ſunt aula, inde ad  
latores dicti, idem alio ſunt nomine affiſſatores, inde ad  
ſentiendo dicti, ſecuri Terentianum illud, Aū aū, regis  
nego. Ego quidem) Proporit cunctis regibus alge-  
sum, tanquam Speculum quoddam virtutum. Quanquam ſi Pontano credo-  
mus & in eo & in Nicolao V. P. M. quædam vitia eminebant, claros tam  
& amabiles faciebat dandi ſtudium.

### IN CAP. I.

Teutonicorum appellantur) Sublato Templariorum ordine hic ſunt  
uit autore Teutonicō à quo agnominatus est  
Poloniæ) Sic dicta magna Sarmatia Europæ pars à planitie, quia  
Poloni vernacula lingua Pole vocant. Anno ab hinc tertio) Is fuit ſinck  
reparat à Christo M. CCC. LIII,

Primum

Prutenorum ciuitates) Siquidem terram maximè amplam fertilem quod  
et eximie cultum possident, lingua & institutis Germani, pars tamen regni  
Polonici Gentis originem ostendit Stella, rectius quod ait Borussios dici, quorum  
terra usque hodie unus litere suppressione Brusia vulgo dicitur. Eam nunc te-  
net Albertus Marchio Brandenburg primus nuper gentis Dux appellatus sum-  
ma Germanica nobilitatis indignatione, quod in eo itam sit aduersus Teuto-  
nici Ordinis leges, imperijque maiestatem.

Gazimirus) Eius nominis tertius qui Vladislao rege ad Varnam caso  
ex Lituania, cuius Princeps erat, ad regnum vocatus est, An. M. CCCC.  
XLV. Portionem sui regni) Ex eo videlicet quod populares gentis Prin-  
cipi suo, qui nobis Supremus magister vocatus haecenus est, rebellantes sup-  
plices per legatos eius in subditos suos atque protectionem suscepisset, fidelitatis  
prius iuramento è more ab ipsis recepto. Quod factum sammoperè dissuader-  
bant Sbignaus Cardinalis & Episcopus Cracoviensis, quorum tamen melio-  
rem sententiam ricit deterior, maire numero nitens. Sed rex difficulti post  
bello inuolutus didicit, quid sit sanæ contempnisse consilia. Lege quartum lib.  
Annalium Polonic, cap. 6. Fratribus) Marianis, militaris nobilibus Teu-  
tunicis. Quam barbari regis) Si quis inlyto, qui nunc imperitat Polonia Sigismundus.  
regi Sigismundo barbaros mores obiecerit, eum ipse etiam si è media Græcia  
Italiana natale iactitet solum, barbarissimum appellari. Tot enim in eo dux rex  
sum verè egregiæ, eadem regie dotes. Certe ut ille omnes etate anteit re- Poloniæ.  
ges Christiani nominis, ita & sapientia, cuius illa condimentum à veteri  
Comico vocatur, & parva bellicæ virtutis gloria superat omnes, quod tamen  
eorum pace dictum velim, vel eo præcipue, quod arma sua non in Christia-  
norum viscera, sed in hostes religionis conuertit. In literatura non arbitror ei-  
vnun aliquem regem excepto Cas. Ferdinando, quem nouimus feliciter in-  
stitutum, conferri posse, in pingendis tamen literis Sigismundus nedum cun-  
ditis regibus laudem præripuit, sed & Pontificibus Romanis longè præstítit:  
vivas ego vidi manu eius scriptas ad Casarem Maximilianum literas, quas  
& sua ad easdem respondit, melioribusque istidem apicum notis, quas im-  
pubes iam pingere didicerat. Optimus ille Princeps celebris memoria mihi  
ostendit, Deus scit, non mentior, inter alia discipulatus sui monumenta li-  
bellum de quatuor virtutibus haecenus Seneca titulo falso inscriptum, quem  
sub magistro constitutus studiosius exceperat iubente patre, quod ei non raro  
requiriens filii manus proferretur. In magnorum verò Principum or-  
dine. Parem laudem obtinet Ludovicus Elector Rhen. Pala. Comes longè  
clarissimus

clarissimus, qui & sepè & nitidè nostra vernacula, quos gentilie p[ro]ficiuntur, relinquet, in exquisita membrana scribit non vulgarium verū commentari.

Huc ) Neapolim signat. De Populosa ) Vulgo non Volkenburg. Vipava. Plena villa ) nostra lingua von Pfullendorf. Sic eam vocitamus. H[ab]itum verbo. Nam tit. de Legib. Princeps, ait, legibus solutus est, Augustus auctor licet legibus soluta non sit, Princeps tamen eadem illi priuilegia tribuit quia ipse habet. Postrema clausula numero multitudinis legitur in editione Hadriani quam rectiore puto. Sed non minori ) Ecce quām memorem patrum. Hoc anno ) Qui fuit post Virgineum partum M. CCCC LVI. Clavigerorum phorum ) Eum cum Ioanne ac Helena impuberes amisit. Maximilium Cenigundemq[ue] superstites reliquit.

A Liuio ) Libro sexto tertia Decadis ad finem ibi. Captiuus deinde a militibus adducitur. Quanquam Gellius autor est lib. 6, cap. 8. Valerius antiatatem prodidisse à Scipione puellam non redditam, sed in deliciae tam. Vulturnano ) Correxi pro Vulterrano. Vulturnus, quod, ni fallor, a Panormita dictum est, Campanie fluvius cum oppido eiusdem nominis, n[on] castellum Vulturni vocatum. Taxat incontinentiam Iacobi Picinii, nam eum in odium Alfonsi trahat à disperibus moribus.

Contumelia afficiuntur ) Quod Tyrannorum est. Vicitores qui videntur giosunt animo post victoriam, quatenus possunt vim omnem prohibent. Non est enim quod victorem melius commendet subiectis, quam Clementia. H[ab]itum Ces. Maximilianum præcipue ornauit. Victoria potius nullam ira, n[on] sordidus cupiditatis locum permittebat, quantumq[ue] poterat præsens militarem exercitiam cobibebat. Cumq[ue] maximè ad animum res gereretur, tunc maxime aiebat, rerum volubilitatem humanarum ante oculos ponendam. Quoniam bello Bauarico quod contra Philippum Principem mansuetissimum socialibus armis susceptum est, resq[ue] in pacificationem defleceret, quibus ea maxime dignificebat, Maximilianum hostiari, rogare, obtestari deniq[ue] vi federis, resq[ue] in unibus modis propellere nitebantur, ut eam tantisper protelaret, danni etiatis tantum sua, quod factu facillimum aiebant, Philippus exigenter, nec suadere famam inclite victoriae elabi manibus, florentibus tamq[ue] carentibus exercitibus. At callidum Ces[ar] reijcens consilium, satius duxit clementia nobilitati, quam impotentium sociorum vdiuntati satisfacere. Retundebat autem inprobitatem eorum tandem maxime. Quis vestrum, inquit, r[ati]o[n]e, Catalogorum ingenuorum, quos Philippus habet plures, si eum tota etiam exuerimus dilectione, alumnus erit? Certe præter me non video alium. Cur igitur datus

iam manum non relinquam, quod de meo post esset concedendum. Significans  
quod erat futurum, nihil omnino Catalis illis expectandum ab eis, si ad quod  
spectabant, cum Cesare pleniore victoria potiti fuissent, quos, nisi per eius auto-  
ritatem stetisset Philippus multorum opinione haud admodum magno negocio  
opprexisset. Cesar autem multis nominibus, & quod se numero ab eo audi-  
tum est, inuitus etiam non potuit non tandem accedere in partes sororij Alber-  
ti principis Bauarorum. Rebus vero compositis oblitus mox præteriorum, im-  
dut non tantum amici benevolentisq; imperatoris, sed etiam patroni perso-  
nam erga eam, que potissimum pridem eius auspicijs oppugnabatur, familiam  
Noiunius Ludovicum principem, cuius paulo supra mentio facta est, ob inopi-  
natum Maximiliani decessum, qui legatis eius presentibus contigit, acerbo  
affectionis dolore, persistissetq; in officio erga nepotes eius, quod sui amantissima  
principi ultra præstare non potuit, princeps ipse in primis promissorum seruan-  
tissimus, pacisq; amantior. Sed ubi se ficius, dum res postulat, autorum turbæ  
te tranquillitatis seu erus castigator. Verum hac Maximiliani equabilitas,  
que alijs quoq; exemplis posteritati commendari posset, irritauit post e  
principibus viris nonnullos, ut magno præcipue sacerdote in Germanijs  
autore contio tractata fuerit. Attamen quam prudenter Cesar atq;  
in tempore vnguicula ut apud Italos frequens dicitur, prescidit.

Ratibona) Norici seu Rhetia se: unde, siue inferioris metropolis; olim Ratisbona.  
Rigirina vel Augusta Tyberij seu Regino, ut certo affirmat Bilbaldus appella-  
ta. Vadianus Reginoburgum vocat, nos Regensburg. habet pontem lapideum  
spectandi operis. Accedo eis qui iuxta illam putant castra olim Romanorum  
Regina cognominata confidisse. Fuere namq; & in alijs huius ripa locis fre-  
quentes Romanorum aduersus Germanos excubie. Huic vrbi retuisti: rime va-  
ria nomina tribuerunt scriptores, que recitat And. Althamerus vir doctus im-  
pensoq; Laborum patiens in luculentis commentarijs suis in Cor. Tacitum, de  
nostræ nationis populis moribusq; Emmerani) Expunxi nothum vocabulum  
Timarani. Leonis) Eius nominis non genere Alemanni, qui antea Bruto & Co-  
mitum Dagespurgensem fuit progenitus Literas attulit) Extat earum exem-  
plum apud veterem annalium nostrum Dn. Chunradum Peutingerum, ut ipse in  
dieris suis testatur Sermonibus Coniuualibus. Mastilia) Urbe Galliarum in  
maritima ora Provincie sita. Valeniam) Hispanie, ynde regi fuit origo. Est  
namq; eo nomine ciuitas in Italia, atq; in Gallia, sed clarior eis que in Hispa-  
nia, nulli quoq; ut audio, in totius eius prouincij splendore secunda, equiti-

busq; eam nobilissimis habitari, unde non miror olim restituisse  
los ciues eius honestissimos à Cicerone appellatos. Quid nunc tenet  
eam, veterum quoq; maiorum Germanicae originis virtutem atq; nobilita-  
tem referunt.

Philippe) Cognomento Bono patre Careli principis Gallorum regis  
suo tempore formidolosi, auspiciq; imp. Frid. asciti filii. Maximilianus fratris  
Huic Philippo debet Leodium suam, quam patrum memoria accepit intru-  
ctionem vniq; Caroli F. & Ludowici Gallorum regis impetu interrogatam. Eam  
quarto libro Commentariorum ideo tam disertè narrat atq; pralixe Card.  
Papiensis, quod posterioribus pontificibus esse documento posuit, quantum scia-  
li principibus oporteat credi, quantum q; adhuc cire conueniat, neq; popula-  
res plebis dentur, quoram vel etate vel ambitione pro pane lapi & pro qua-  
scorpius iuxta verbum Domini offeratur. Contra patriam Vnde a plurimi  
scriptoribus non princeps sed tyranus audit, ob oppressam patria libertatem,  
cum hec post Deum secundum obtineat locum. Lege Pontanum de iusta-  
nitate.

Nougardia) Seu Nouogardia, ut est Paulo Iouio & nostro Bilibaldo.  
Sonat autem eorum lingua nouum castrum. In ea, ut cælestium rerum peni-  
tradunt solstitio astiuo umbræ fere nulla sunt, non multius ante annis inde  
Moscouie caput fuit.

Rutenos) Bifariam sunt diuisi, in inferiores Lithuaniae vicinos & in Ce-  
ntraliores ac Borystheni propiores. Nunc recentiori nomine Moscouia, &  
Moshco amne, qui & regie vrbi Moschæ quæ interfluit, saum quoq; nomen in-  
diderit. Ea est omnium Moschouia vrbium longè clarissima, atq; hodie non  
abs re è Nogardia hic translata sedes principum regiæ. Vide Iouium in de-  
moribus gentiis, & Bilibaldum nostrum in explicacione Germania. Bessium  
qui toti Moschouie nuper prefuit, quem Cas. Maximiliani redderentur littera-  
re, quod epigraphe non imperatori, sed magno tantum Moschouie principi  
indicabat scriptas recusauit eas legere. Cuius tamen non multo post cele-  
brem Legationem vidimus apud Maximilianum An. salutis M. D. XIIII.  
Gmunde in Norico Ripensi, seu in Austria vocata hodie supra Anasum fia-  
us, contra principum nostrorum morem, qui contractiore rati solent in ep-  
stolis Amplissima cognomento igitur scriptoribus, magna adengi vi & in  
prouerbium abierit. Quis potest contra Deum & magnam Nogardiam.

CRAVAT

## IACOBI SPIEGELII.

257

- Crantius in Vand. Lucanus) lib. i. Flavi Ruteni) Nunc Rutenenses, inter Aquitanos trans Ligerim positi. Volater, interpres Verulanus ciuitatem Rutenorum ait vnam esse ex Allobrogibus. Sedem habens) Situm eorum iam civitatis Louius & Bilibaldus summa & side & diligentia demonstrant. Sed raro) Esto eius relationis fides apud Sylium. Satis constat nostra memoria, qui Nogardianis imperarunt, eiusmodi regum vicisitatem minime factam esse. Siquidem Iohannes Basilij pater, qui multa imperio adiecerat, decedens sibi reliquit, qui & ipse fortis magnoque animo vir reiq; militaris eximie peritus adeo receptos paterna ditionis fines dilatauit, ut quum illa versus occidentem a mari Baitheo incipiat, per quingenta milia via Alemannica & magna quidem, Orientem versus se extendat, ita ut longe Tanaim nec non Volgam hoc est Rha fluum superet & per Asiaticam Scythiam excurrat, quod & nostra etate Helvetiorum doctissimo Vadiano in descriptione Sarmatiae visum est.
7. Leonora & Cæs. Maximiliani mater Abstemia, Fridericus imparcè vissuino, atq; eodem aqua macerato maluit sterilem quam vinibbam uxorem.
8. Albertus Frater Cæs. Friderici, dum is ad Aqugranum (quam primariam regni sedem cis alpes Carolus Magnus instituerat) cingendus insulis regalibus proficisciatur, in Carnos mouet. Publica priuatis anteponenda. Observat memoriabile verbum Friderici, clementiae, exemplum in fratrem hostem. Prostigatum reperit) à Ducibus si exercitus quos procuratores Cæsar vocabat, seu Antvalder, vocabulo ciuiiore. Nunc superbe satis atq; nouis nominibus veimus, & vt lego apud Labacum Carnorum oppidum clarum, Selauini accole Lublanam vocant, Teutonicæ Laibach. Ornavit urbem Fridericus impetrata sede episcopali à Paulo secundo, frustra reclamante Aquileiense patriarcha. Patau) nescio de nostrane, quæ nobilio episcopali sede ad confluentes Oenum & Danubium in Rhetia secunda posita est, an de Venetorum Patrio Albericus urbe clarissima atq; munitissima loquatur. Magnus) Vere vir omnibus modis magnus futurus si in meliora incidisset tempora. Quanquam nec si apud Magnus Latinos, qui de rebus in naturis insignibus scripsierunt, superior omnis etas secundum dederit, vt nec forsitan posterior similem est paritura. Legò de eo quum in ultima senectute à studiosis viris consuleretur, respondere plerumq; esse solitum, Querite Albertum in libris, adeo non modo non præ se cerebat tot annorum studia lucubrationes, sed memoriæ videri solebat timere, cum tamen & memoria optime valcret. In dieq; sue) Nostra etate apud Augustam claram Alemannia urbem (quam murum est eruditiores etiamnum pergere Vindelicorum appellare,

Anna Au-  
gust,

prodito manifestissimo errore, sed hic non tantum pertinax est falsa perfidia.  
 mulier fuit, quam & ipse vidi, & loquentem audiui comes Ioannii Stukonis  
 gni seculo nostro nominis mathematico, qui Cæs. Maximiliani iussu plementis  
 ea sciscitabatur, credita passim ab omnibus abstinuisse multis annis. Sed &  
 quæ apud viros summo tum fastigio, tum loco in die fidem iam obtinuit.  
 Verum tandem à cordata principe Cunigunde sorore laudatissima iam rara  
 matre inchytorum Boioariae principum, qui nunc amabilis concordia regna  
 potiuntur, ob fraudem miro ingenio deprehensam ultimum mercatur sapie  
 cium clementia Cunigundi intercedente tantum Provincia interdilectus est  
 Itaq; vertere solam coacta Friburgum Helvetiorum venit, nuptijs illi me-  
 nualium balistarum consciendarum opifici iam retul, qui super priorem  
 uxorem amiserat. Abduxerat secum alumnū suum, puerum mercatorum  
 iusdam Augustani filium, quam is apud sanctissimam virginem educatione  
 educandum colloccarat. Accidit autem ut puerus moreretur. Ibi illa retem  
 imposturarum memor, quam educationis compendio se fraudandam tenet  
 ret, alicunde æqualem, & formæ non ita distmitem asciscit, atq; de parente  
 cognatorumq; nomine & conditione quantum potest edocet. Vocat puerum filium  
 um in Sucuiam pater, viuere eum putans. Impostrix ista adulterinum filiu-  
 um summittit. Fraus nescio unde subolebat patri. Scribit Helblingo canis  
 Friburgensi, quo cum illi propter mutua negotiationum commertia hanc  
 mediocris intercedebat familiaritas, suspicari se dolo circumscripti à misere-  
 re, cuius fucus pridem toti Germania innotuerat. Consul compellatam tam  
 in carcerem duci iubet. Ibi confessus de ascivitio puero facinus, quem prout  
 crimina iudices reputarent, capitùs damnatur, manu carnis factus, paucis post in-  
 Zuna fluvio qui id oppidum præterlabitur suffocata. Maritus eius, quod ifun-  
 dis conscius non erat, dimissus est. Aureos Germanicos sexcentos, non ita con-  
 temendum ut talis mulierculæ peculolum, fiscus accepit. Hanc mercedem  
 imposturarum suarum iusta numinis vindicta tandem tulit Anna Augustana  
 sue ciuitatis diu miraculum, nunc ludibrium. Deo charus) Sic habuit Ge-  
 rardus quidam Cœnobita Caletanus sub rege Ferdinando Alfonso F. De  
 nec non de alijs nonnullis, qui persuadere conarentur angelos vicum ad illi  
 quotidianum serue, ciboq; diuino pascere, pluribus meminit Pontanus labo-  
 secundo de Serimone.

Comitum de Virtembergio seriem gestaq; eorum varij enentus pete et  
 Nauclero, qui bene longum Chronicon suum opus, locutamen, tempore, ordi-  
 neq; debitis in narrandis eis bona fide locupletauit. In Sacra Recentione  
 talis

cuīus Althamerus situm valde exacte in notissimis commentarīs describit.  
Appellatione careant) at nunc qui preest prouincie Vlricus illustris Prin-  
ceps, tertius Dux à Comite Eberhardo cognomento Barbato, quem primum Eberhardus  
Cas. Maximilianus in celeberrimis illis Germanorū apud VVormatiā co-  
mitijs, quā hodie Germanis nominantur der gros Reichstag zu Worms/  
ducem VVintemberge Tecciaeq; appellauit. An. a Chriſti die natali M. CCCC.  
XCV. Suevia appellationem, seu titulam, vt vulgo dici solet, magno quidem  
opere studioq; & ambierat & optauerat, sed quod prouincia vni ſoli non pare-  
ret, vt que pridem ad multorum Principum, Comitum, Baronum, ciuita-  
tum, imperij ditionem perueniſſet, ac inclita deniq; Austria familia ſe  
Suevia principem, quod Diplomatis ſatis conſtabat, referret, illuſtre alioqui  
nomen originis ſue nobilissime ad Dualem appellationem ſublimitatemq; ex-  
tulit. Fuere tunc in magnis viris, quod multis pōſt annis ore Cas. Maximil.  
excepimus, qui nomen, dignitatē, autoritatēq; adiuctam minime volu-  
iſſent. Eos namq; baud latebat quo confilio atq; respectu cordatissimus vir-  
maluit in Ducibus poſtemo eſſe loco, quām comitū in ordine cum primis  
censi. Naclerus, eius alumnus, diſfundit calamum in narrandis quām  
virtutib; tum meritis laudati Principis, que pariter auunculus meus Iaco-  
bus VVimpbelingue honesti, recti, veri, vt cetera ſileam, cultor ſtudioſus, he-  
catoſticha celebravit.

Improbis) Rectius fort. ſuperbi, quia ſecundas fortunas, vt ait Plautus,  
decent ſuperbie. Qui ueq; Ratio diſci. Henricus septimus) Italis, no- Henricus  
bie verò debet eſſe octauis, nem illi Henricum Saxonum & Toringorum du- VII. Imp.  
cem, qui Chuonrado primo qui per Franciam Germanicam & totam Germa-  
niam regnauit & ex Carlingorum genere apud nos poſtemus decessit, iam  
ſobole cui vni & eidem Gallicum regnum & Germanicum ſimul admini-  
ſtranti paruerant, pridem in Gallia absorpta, non dignantur nomine catalo-  
gue Romanorum Auguſtorum, quod Romæ nec vntionem nec coronam ſu-  
ſeperit, quod nugatorum ridiculumq; eſt, quām ſub Romanis pontificib;  
pleriq; fuerint Imperatores nec inuncti nec coronati, vi recenti memoria,  
ne retuſiores repertamus, Albertus & Maximilianus ſine vlla approbatione  
imperiū minus egregie munierunt. Quod huius Henrici tam eleganter ſcri-  
piam vitam gestaq; habemus multum profecto debemus eximiē docto viro Ve-  
cerio. Vtiam superiores Princeps ſimiles Scriptores eſſent nati. In con-  
ſilio Caſarii) ſenſus requiriſt ut pro contrac̄tu, conſpectu aut comitatu le-  
gamus, Cui Henricus) Sanè memorabilis vox, qua monſtrauit obiectatori

non habendam fidem.  
tæ adiectis.

Pontani & Siculi meminist in scholis Panormitæ  
veneranda vetustas miratores, præcipuos autem apud Suevorum Aug[usti]um  
Chuonradum Peutingerum, ac nostrum Beatum Rhenanum viros multos  
alioqui nominibus præclaros. Vnde dignum æquumq[ue] existimo, ut ab eis  
cism dierum ditissimi fiant. Quanquam Rhenanus non tam erit eis  
numismatis deliciatur, quæm flagrat amore restituendi antiquiores autem  
germanæ lectioni. Vnde, ut ipse primus est, qui monstrauit suo exemplo, et  
verius reparari depræuatorum codicem lectione posse, ita studioſis, quæq[ue]q[ue]q[ue]  
maligius sit, non poterit non fateri, primus ei quoq[ue]q[ue] esse dandas. Petere  
cauerunt) autore Numa secundo Romanorum rege. Clausum esse feru-  
lani Tenui  
plum clau-  
sum,

Ianum ter in vniuersum viri haud inerudit, quum vnu Augustus  
plum ter clauerit, quod non ignorauit Orosius, & Sueronius aperi-  
prodidit, apud quem pro vocabulo ter, incuriosi historiae perperam teriology-  
runt, quorum lectionem demiror Erasmus reliquisse, quum palam bilia  
fides refragetur, interpresq[ue] Beroaldus testetur sic emendatos codicis habe-  
re. Sancte semel ab ipso à quo conditum, iterum à T. Manlio Cos. & tunc ab al-  
gusto, atq[ue] ita quinque clausum est Ianii templum. Scendum igitur Augus-  
tum ab Oriente post Antonium Cleopatramq[ue] deuictos, cum vistoria relata  
untem primum clausisse ianii portas, quo die primum Augustus consolatus  
est. Deinde potius Cantabrica victoria iterum & easdem tertio clausis, tunc  
ab Oriente in Occidentem à Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceanum  
circulum cunctæ gentes una pace composite forent, quo non multo post tem-  
pore natus est CHRISTVS, cuius aduentus, ut eleganter Orosius dicit,  
pax ista famulata est & cetera cap. 22. lib. 6.

Tanti regis Alphoni. In Panormita plura eius legimus ornamenti.  
Sed ne domestico tantum nitamur testimonio, Marinum Scodrensem adduc-  
tis. Is libro nono Castreoticæ historiæ, de morte Alphoni verba facient, illi  
fuit, inquit, non indignus Alphonsus, qui ne dum Epipi & sociorum, sed w-  
tius orbis terrarum longas querelas, atq[ue] apertas lacrymas secum fert.  
Mæstissimum & quæ omne cum eruditorum, tum militarium virorum genio  
reliquit optimus optimorum omnium Mæcenas, extinta & quæ cum eo fuit  
sua literis, sua armis premia, ac studiorum cuiusorum ornamenta rite impo-  
go fortasse postliminio reuersura. Ita nullus (pace omnium posteritatu-  
presertim dictum sit) illo melior vel virtutis, vel meriti humani estimatio  
multi seculis effulxit. Regiam præterea comitatem, ac tantum in rebus fave-  
sū, quæ

lē, quantum in graibus ingenij, & omnium ( ut ita dixerim ) horarum iudicium viri, quis non appositissimus semper praeconis exculerit ? Variante fortuna, & nunc secunda ( ut sit ) nunc aduersa maxima vbiq<sub>3</sub> gloria parta. Ad huc in tanta clementia & liberalitate vix vllus regum eius etatis tantas opes, & ales locupletes thesauros reliquissē narratur.

Gratiam consequi ) Eam profectō in oculis Alphonsi inuenit Panormita. Nam de eo Pontanus libro de Sermone sexto, sic scribit : Antonius Panormita, qui obl<sub>3</sub> terat, nedum languescentem in Italia Poeticam restituit in antiquam penē formā, cum à studiosis persepe hominibus de peruerteri dubitat, ag<sub>3</sub> siue Poete aliqua, siue oratoris interrogaretur sententia, quadam etiam cum frontis hilaritudine, ac se memorie dissideret. Itē, respondebat, ad Iouianum, ad: è etiam senex & primarius vir in Alphonsi regis aula, quod sa- penumero docuisset, scire se dissimulabat.

13. Imitatum esse Cæsarem ) Qui potuit ? si modo verum est quod apud Laurentium Vallam de eo iudicium extat. Cæsar Maximilianus quum roga- Commentarij Cæsari  
re tur quid nam de commentarijs Cæsaris, si quandoq<sub>3</sub> legisset, sentiret, Re- tis.  
spondit, sermo qui adem ornatus, at autor de se ipso. Lituaniae ducem ) Regio  
est Latissima in eaq<sub>3</sub> sunt plures duces, situs moresq<sub>3</sub> gentis atq<sub>3</sub> fortia bellicosor-  
rum ducum gesta sunt à nostris Scriptoribus petenda, Crantio in VVandalia,  
Matthia Michouiano cap. 2. lib. 2. Bilibaldo, in explicazione Germaniae, atq<sub>3</sub>  
Chronicis Polonorum Annaibus. Sutrigalum ) temulentum, crudelem.  
Is impia in fratrem arma de se optimè meritum acceptit nomine Iagellum, qui Sutrigal-  
desciente regia stirpe Polonica, fidem Christi vna cum regno accepit, ac post IusLithua-  
susceptum baptisma Vladulaus vocatus est sub annum salutis M. CCC. nus 1 3 8 6.  
L X X V I . Sutrigalus ut immanis belua à conspiratoribus trucidatur, si-  
mulatione vrse, quam ipse alterat. Quasi Apicius ) Fuit ille, teste Plinio,  
ad omne luxus ingenium mirus, appellaturq<sub>3</sub> ab eo omniam nepotum al-  
tissimum gurges, Libros dicitur de gula scriptisse, pro qua multas absumpsi-  
tiones. Dum ligurit ) Elegans verbum, nam ida huic pertinens à sylvio seri-  
ptum opinor, idiota librarius post particulam dum, deprauarat in legitur.  
Eiusmodi abbreviaturis non tantum etati illi familiaribus, exemplar meum  
scates, quum nec hodiè omnino abierint in desuetudinem. Est namq<sub>3</sub> ligurira-  
etiam paulatim & cum quadam mora atq<sub>3</sub> elegantia comedere, quasi finen-  
do ut per se cibus in stomacho liquefiat.  
Itaq<sub>3</sub>, occidentales ) Dubia sententia cui similem in toto Erasmo non  
facile inueniri. Cura illi fuit quod ad compositionem eius lector minimē  
bareres

haceret intelligeretur q̄ ab omnibus, quod in Scriptore omnium maximū mendandum est. Nec eam præstiterunt claritatem, qua unneis Batavis ut vicit, qui vbiq; gentium setanum non pro Ciceronianis haberet relatio, Budaens ita scripsit ut videatur hoc respexisse, ne quis ipsum imitari vel posse vel velit, vir alioquin extra contouersiam ad miraculum doctus.

Rara avis) Notum prouerbium, quo rem quamvis nouam inventum difficilem indicamus. Iuuenal. Rara avis in terris nigroq; simillima Cypris. Homines amat literatos) Duas maxime res in his qui præsentant ceteris operis portent, bonitatem & doctrinam: prima præstat, tantæq; virtutis erit, ut per se non sapit, viros adhucat sapientes. Huiusmodi fuit Alexander magis, qui quanquam puer iurisconsultos & matrem prudentissimam rebus praecedit. Nursini) Emenda si habes, ut meum exemplar, Nursini. Nursia namque Umbria ciuitas studiosiores bellicæ quam literarie nutrit alumnos, enim literatos vocant) Quemadmodum nostri eruditus iniqui ores vorare, lent eos per contemptum die Belederten. Procul arcen) Idem audit, modo verum est, nostros facere Norinbergenses. Satis constat Sixtum pontificem mouisse loco capitularis senatus, qui etenim illum tenuerant, sed illud in haud incelebri ad Rhenum ecclesia. Ferendum projectò leuius, si illud, scendos. Sic enim ad literatum studium reuocasset Germanicam nobilitatem, que eas ferè sola calluit olim. Contra Iulius Pontifex ferè analphabetum, qui Donatum vel recte legere nequeat, quod in deliciis eum habuerit, ut fama natale solum remisit. O tempora, o mores.

Ruperto) Et familia Com. Palatin. Rheni cuius regio hodie vernacula lingua Pfaltzia, indocte Palatinatus vocatur, penes eam est electura dignitas, imperatoriusq; Dapiferatus. Bacharacense) Quod Bacharaci apparet Palatine familiæ proueniat. Vnde Rudolphus Agricola patrat à Bachabo deum Bacharach. Astipulatur Celtis noster elegia 13. lib. Amorum tertio.

Vt ante relatum est) cap. 6. primi libri. Id ubi negatur est) Sancho Gallo dissimilis admodum fuit coetaneus Ursus Comes Nolani, singulis enim ille annis, quibus Nole præfuit, satis bonam pecuniam pueris collacuisse decreuerat, vnde & viuus maxime charus Nolani fuit, & mortuus ab omnibus desideratus. Autor Pontan. in de Liberalitate.

Italici Sacerdotes ignari Euangelicae doctrinae. Thaboritas) pro Lat. berictos legendum, Ex Vielepitana namq; heresi alia, ut sit, sunt derivatae. Thaboritas

Thaboritarum, Orphanorum, Adamitarum, Oribitarumq; quorum non solum  
modo, sed pudende etiam fuere insanæ, de quibus lege Papientem, & Syl-  
vum in Boemica historia, qui autor est fratribus Thaboritis nomen inditum  
a monte Thabor Christi transformatione nobilitato. Aetas nostra tuit multi-  
erculas, que sacerdotibus magni nominis apud Germanos sacrarum literarum  
imperium obiecere. Cum quo) Certe, ut quidam prudenter admonet, nisi  
nosmetipso malasemel concilient, que imminent toti orbi Christiano, ut ad-  
uersus tantum hostem, qui irreconciliabili odio ac desiderio extinguendi Chri-  
stianum nomen nihil intentatum relinquat, nos accingamus, verendum ut

19. breui Epitaphium simus conscripturi Libertati.  
Vitoldus Librarius exzernum in notius Germanis vocabulum Luithol-  
phus mutavat. Sylvius alibi hucus Vitoldi meminit, ideo sic reposui, licet d' non-  
nudus Vilaudus appelletur. Fuit bellicosus princeps atq; Sigismundo Aug. tam  
charus, ut regem eum appellauerit, nequicquam reclamantibus Martino V.  
Pont Vladislaoq; Polono rege, cui ante nomen tagello fuit, quād sanctifico  
lauro mergeretur, affirmans eam potestatem ad imperatorem duntaxat per-  
tinere. Quanquam Vitoldus omnium Chronographorum consensu, iam fama  
rerum strenue gestarum inclitus prius obiit, quam ad eum perferrent legati  
Didemna.

Gamsensibus) Correxii Gunziensibus. Nam Gunzium oppidum in Hun-  
garia est stirpe atq; Austria proximum, quod latrones occupauerant cum  
plerisq; circumfisis castellis, ex quibus in Austriam profecti, magnam vim pe-  
corum arg, hominū abegere. Motus eare Cesār comproator apud exercitu in  
Hungariam traxit. Narrat & Sylvius in Europa Friderici fratrem Alber-  
tum ad Muram fluvium octuaginta item latronum colla fregisse laqueo, qui  
omnem circā regionem rapinis atq; incendijs vexabant.

20. In hospitali) Eius Pontanus in de Liberalitate his, que hoc referenda  
videbantur verbis meminit. Neapoli in hospitali D. Maria domo, que am-  
plissima est, expostitas pueris vno tempore noningentas educari vidi, quod  
quanquam abunde mirandum, illud multo admirabilius, majoribusq; laudi-  
bus prosequendum, quod easdem publicè liberaliterq; institutas, qui domini  
prafant, honestis viris bona cum dote collocant. Hic, inquit) Contempto vari-  
cimo pugnat Alphonsus. Quarto Non. Iun.) Anno à nativitate Iesu Christi  
Domini nostri millesimo quadragesimo secundo postquam 1442.  
in eum Benatus Andegauiensis peruenerat anno quarto. Bracellus tamen

scribit octavo Idus Ian. Ad classem eius sit) Vide Plutarchum in vita Cæsarii ibi, Bellum Alexandrinum, & Suetonium, cap. 64. in vita eius. Batavæ librum loco, qua recitat Althamerus in Commentarijs præsertim Batavæ, tenent nunc Hollandi, quorum mores Erasmus Hollandia & ipsius graphicè descripsit, in Parœmia. Batava auris. Constat) Ex lib. 2. Taciti, lib. 2. Cellam) Reposui Orbatellum adiutus Sabellico. Est oppidum Hetruria, cui ejus Orbatellum, Picininus per prodictionem recepit, sed qui non multò post remigio haud dubie in potestatem hostium, nisi ad Orbatellum, Alfonsi regis tritembus exceptus sese hosti subtraxisset.

Teutonicum Achillei) Cur ita Sylvius latius aliquantò explicat in Europa, cap. 39. Norinbergenses) Eorum vrbis tametsi non admodum vetus, inter cleras Germaniae ciuitates præcipuum nomen obtinuit, nec suis laudatoribus p. ruit, quorum duo è nostris memoria posteritati se sacrarunt Celtae, & Eburani. Sunt qui Norinbergæ nomen inditum velint à Norico monte, quod sibi orum immincat agro, contrarieq; vulgo dici Nurenberg pro Nun cibos velle, sed tertium quoddam separatum genus. Hic moriar) Forte viro niquam honestius quam ad signum occumbere.

Presbiterum montis Calui) Significat den Pfarrher vom Calenberg, ad cuius tūm dicta tūm facta, nonnulla, teutonico carmine conscripta ait, etiam leguntur. Certe eorum pleriq; haud illepiða videntur, multa ridicula existunt, scurrilitatem tamen etiamnum narrantur ab accolis per manus posteriorum edita, que ipse nondum vidi typis publicata. Vadianus Cosmographus illustris Montem Caluum putat nunc esse, qui veteribus Cæcius vocatur. Bilobida affirmat in Norico situm, Styrensumq; hodie esse montana. Nec desunt qui Cæcius haud procul Arrabone germanicè Rab statuunt. Verius autem eis affirmitur, quod Cæcius Pannonia prima initium sit, & Norici terminus. Germani puto, quod Cæcius Rhenus est, quod in summitate excisis arboribus calvus insipientibus appareat. Nam quamvis) Vide spharani Ioan. de sacro busco cap. i.

Hoc cap. meminit filiorum principum qui sua atate in parentes impia armis suscepérunt. Hoc anno) Qui fuit a nato Christo quinquefimum sexu, supra millesimum quadringentesimumq;. Altaq; familia.) Etiamnum noster Germani solent plurimum tribuere nobilitati generis. Porro qui nihil aliud habet, quam maiorum imagines, opinione nobilis est verius quam re. Posterioribus mea comparauit) Certe claritudini generis præstat sua inclare/cere virtutis lib.

Batim) Nec vanè, vt latè explicat Chronographus Hungaricus ad finem annalium. Simile dictum fertur Iphicratus, qui Harmodij abnepoti cognomini generis probrum, quod furore patre natus existimaretur, per conuicium obscienti, Meum, inquit, genus a me habet originem, tuum vero in te desit. Hoc item Cicero imitatus est, Salustio respondens, & unde petenda sit vera nobilitas ostendens inter alia, Satius est, inquit, me mea rebus gestis, quam maiorum opinione nisi, & ita viuere, vt ego sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum.

29. In nostram familiam) Burgrasianam, videlicet, quam nobilissimam nec minorem comitum claritudine fuisse satis argunt connubia eorum cum sibi abe sublimiore loco natis contracta. Quibus vero cæmonijs res acta sit in Constantiensi synodo dicitur refert Naucleus ad finem 48. Generat, Eius autem nominis filiias quatuor Annales Germanici referunt Magdeburgensem, Vuirteburgensem, Norinbergensem & Rottenburgensem ad Tuberum. De quibus vide Irenicum non ita contemendum, quin etiam vel eo nomine laudandum, quod primus illustranda Germania tam latè campum aperuerit, veterum probatorum vtriusq[ue] lingue autorum recentiorumq[ue] Chronographorum monumenta renolutis, nemini interim inuidens qui meliora faciat. Actate succedit) Quia secundo genitus. Voitlandiam) Eam Latini quidam, at parum latine Terram Aduocatorum vocarunt. Exponxi autem Forlandiam, ut soror ab homine Italo scriptum est. Regionem nobilitavit Pinifer mons, qui quatuor Annaes in quatuor mundi plagas effundit. Aegram, Nabum, Mœnium, & Salam. Voitlandiam Althamerus pro Praetorianâ terra non infite intelligit. Quicquid Franconici iuriu posseideo) Hoc est, quicquid ditionis iure in Ostrofrancia teneo qua certe non parua censenda est. Quanquam regionis Dux appellatur quisquis Episcopus Herb. polensis ab imperatore regeque Rom. de ea vi Feudis, loquuntur, inuestigatur, quod est Latinis in verba Casari, hoc est ad praestandam ei obedientiam, iure iurando venire.

Partem moisticæ) Reposui Misniae. Nomen percelebri regioni, quam olim incoluisse volunt Herminduros, indatum, à Missena vrbe episcopalii auctor est Althamerus. Vxor) Nominis Barbara Sigismundi Aug. affinis, à quo Ludovicus primum Mantue Marchio dictus est. Qui nunc rerum potitur Fran. ciscus Ducis appellationem à Carolo V. impetravit. Gonzagarum familia 30. origine est Germanica. Partem Austriae) Kiburgensem comitatum maternam hereditatem. Apud Helueticos) Inter Risam & Arulam

flumina, vel, ut quidam tradunt, ad Shafbusam eppidum: è nauicula in ipsius egredientem. Incautum) Quid enim mali ab eo expectaret, quem clara, quem educauerat. Remisit) Dicens imperatoris occisorum ab imperatore inde candum. Agere penitentiam iussit) Sententia minime severa in patruelium maiestatisq; reum, sed ne quis miretur rerum ignarus, liber extermi, nam Itali, temporum scriptoris eximia cum doctrina tum fide clarissimis in rebus adscribere, quibus palam sit, quo fuerit animo Cæsar Henricus Lucemburgensis erga magnanimos magnificenter simosq; rbiq; principes Austriacos. Ego habent: Henricus Cæsar consilium proximorum Cæsarum recuperabit, quod Vatinianū per ignauiam timiditatemq; Italianam non fuissent ingredi ausi. Id sibi vero Cæs. Henrī elaborandum, ut ad priscum decus nomen Cæsareum redeat, remissione ei. Lucemburgij in recolatur. In Germania etiam Cæsarum parente Augusto fidei, multa secus ac oportuerit, facta dissimulataq;. Ob rnum Austriae Ducem, Dukes Austr. quinq; Cæsares interemptos, eos Duces deinceps ex illa: um iterant adirentur, ut ea nobilissima regio Cæsaris tantum imperio pareat. Hoc Henrici confidit bæc cupiditas non latuit proceres illius gentis, exortæ p̄fiant libere voces: se rendum igitur Cæsari, si pergeret alienas opes appetere, ne sexus Cæsarii numeraretur Austriae causa interemptorum. Ita permotus, Fridericus filius, iusti huius occisi per scelus filium, Ducem Austriae appellavit, in verba sua, iurando adactum, ac iussum apud se Italico bello militare ducentis cedebat, cibis equitibus. Quod & alio loco annotauimus, nempe in primum Cimbrii Encomisticum.

Fabella Bern. Senensis in sacra concione relata. Pontanas non resella morem Predicatorum (nam hoc vocabulo non raro vtitur, quod Ciceronianus huius nostri temporis ut scopulum fugerent) qui prudenter exigitata quedam & ficta in exemplum adducunt. Porro, quod apud ipsum Pontanum legimus Fran. Philelphus hunc sanctulum tam tenerè illi delicate, etiam aures, Mediolani prædicantem diclo aculeatori ita pupigit, ut ex eorum munere ordinem, qui Minoreta Fratres dicuntur, non in senecto, verum in r̄tines literatos armaverit, exindeq; infectari studia hac humanitatis, ordinis eius predicatorum nunquam publicè priuatimq; desierint. Candidi tanq; nec uno loco tantum meminist post Bernardini in Satyram: opere neutiquam negligendo quod contineant, ut ipse in ultima fatetur, qua magna dies tollerat. Albertus) Aruu fratrum principum Fauariae Vilhelmi, Ludovici & Ernesti, qui hodie in humanis agunt. Strubingum) Oppidum retinunt dextra Danabij ripa, quo loco quondam Thunicates conseruant, quorum

suit Augusta acilia, qua ut Bilibaldo videtur ac alijs eruditis, est ipsa vrbis, strubingum ex eo maxime, quod hodie Azelburg vocatur. Ob noxam ) Pro ob nocium reponendum.

Qui potentiorum ) Quorum illud est. Sic enim volo, sic iubeo.

33. Hoc caput in meo codice deest, quod puto dormitans scriba factum incuria, quim Sylvius fateatur in epistola ad Panormit. lib. 1. praesixa, in fin-

gula capite se scripsisse.

Anglici episcopi atq; proceres adorantur à ministris suis, Eorum igitur fastus plus quam ethnicus. Commendat autem Germanorum cum summi principi, tum magnatum morem, quo dum edunt, vti solent.

35. Vi ex fidelibus ) Contrà Alfonsum rex, auctore Pontano, cum indignis tum à quibus male audiebat, multum & sapienter contulit, dictans of-

36. fulam obyiciendam oblatrantibus canibus.

Hinc dispendium vires principum Germaniae formidandas esse rerum publicarum ciuitatumue moderatoribus.

37. Colligit è dicto Cef. Friderici iudices non iustos tantum & prudentes, sed & acutos ac solertes esse oportere. Zischa qui cætus ) Vnde eleganter dixit Sylvius in historia Boemica, Cæco populo cæcus placuit duxtor, indeq; tametsi veræ res ab eo gesta, apud posteros plus admirationis quam fidei ef-

40. sent habiture. Expunge cætus. Improbum petitorem Frideric. Imp. leo pido dicto compescuit. Philippus Macedonum rex quum Clisophum Athenien-

sem adulatorem increparat, cur semper aliquid peteret, lepidi ioco respondit, obliuiscor. Anno ab hinc 2. ) qui fuit Servitoris nostri M. CCCC. LIIIIL

41. Morbum monere nos ad capessendam meliorem vitam.

42. Neapolim ) Lege Pontanum in historia paulo ante calcem ultimi li- bri. Arcem ) Cuius illa opus fuerit narrat Bracellius mox ab initio lib. 5.

Formaq; ) Fœde hic locus corruptus est, apparebatq; mihi non vnum aut alte-

rum vocabulum deesse, sed totum versum, seu lineam, vt vulgo dicitur. Pro-

inde conjectura tantum vsus sensum lectioni virumq; restitui, de quo lectorem admonitionem volui, si forte quis exemplar emendatus nactus esset. Sit effu-

sus ) Sub Diocletiano apud vrbem Puteolos. Postremo ) De Baüs, Cumis,

ac Putcoliis vide Blon. & Camerem in Solinum. Cadauera, Scripsi rude-

43. ra, vt opinor, rectius. Suscepit ) Vnde Aug. eius nominis secundus, cuius membrabilis vox principum aures perpetuo percellere deberet, qua est. Prin-

cipiam ) Quem enim quisq; amat, eum si fieri possit, vivere perpetuo expedit,

nulliq; minus exercitu opus est quam ei, quod plurimum ametur. Laudatur

Thome Pontani dictum, quod is libenter usurpabat. Amorem nunquam fidei Stipendium. Illud etiam eiusdem, ut prudens, commendatur. Amorem et ermen quidem incedere, dormire tamen loricatum. Deinde et autem pingu popularium, seu, ut nunc vocant, subditorum animos. In primis ut amari uero se intelligant. Deinde fidos faciet liberalitas gratitudini coniuncta, ergo demum humanitas Cyri exemplo, qui quum ob inopiam liberalitate vi macte poterat, benevolentiam suorum humanitate conabatur assequi. Quoniam quibus etiam in faciendo opere adiutor adesset, ac laborum faciem, solam innocentiam) Hoc est honestans opinionem quam proficiendi virtutibus iam certis necesse est. Fiduci custodia) Satellicium signat, quo ei non raro episcopatus presertim in florentiore constituto etate, quod cum multa inconsiderata egreditur, nec quam maximam decebat animi moderationem adhiberet atque, contumaciam. Lege autem cui debetur appendix Chronic. Hungaric. cui fiducia actionis simplicitas satis vindicat. Alberto) cuius modo mentio facta est.

Ladislai) Posthumus. Vita fundo) Quamvis totu[m] biennio imperiale Commendat Caeſ. Fridericum, Electorem item Brandenburgensem regnum, Albertumq[ue] Bauarum, quod vocati sua tempestate ad regna adhuc post sitate legitimo herede eadem contempserint. Quemadmodum legimus de Ferdinandino rege citeriori Hispanie, que nunc pars in Aragoniam & catholiconam diuisa est. Is solicitatus a plerisque, ut vltioris Hispanie regnum superiordi etiamnum mortui regis, in incunabulis filio, sibi assumeret. Itaq[ue], ut etiam minus prudens quam iustus, in publico vltioris ferè totius Hispanie cingulo conuocatorum de morte procerum ac populorum procuratorum, ex quo etiam ut regem ipsam declararet, prodit in medium, editoq[ue], e legge infantulum regio ornatum cultu, atq[ue] impositum humero, alteq[ue], subibus ab omnibus conspiciri vi posset, ostentans. En regem, inquit, o Hispanie principes, liberarumq[ue] vrbium oratores. Noster hic rex est, hunc veneremus, hunc colamus, huic fidem seruemus, qui mos Hispanorum est genitio adiutorum reges. Atq[ue], his dictis collatum regio in solo infantulum ipse primus, et in verbis iurauit, utq[ue] idem cuncti facerent, exemplo suo adegit. Pont lib. 2 de Magistris Prouinciarum) Vide elegansissimam l. Illicet. u. ff. de off. pref. non et l. Congruet, eo tie. Aulicos se extricare occupationibus irretitum, aulicos et cillum. Milites) Aulicos intelligit opinor, togatos & inermes. Propterea Imperator laudabilissimus non patiebatur armatum militem esse ociosam, discens, Annoram gratuitam militem comedere non debere.

\*7. Caesar Sigismundus adulacionis impatiens impudentiorem adulatorem cedit, modestia fortasse non ita improbanda est adulatio, ob causam suprà in cap. i. relatam. Cas. Fridericus Amadei Allobrogum Ducis filiam forma præstantem, & simul copiosam admodum oblatam dorem ideo renuit, ne duilla uxore sacer ei à synodo Basiliensi. papa pridem appellatus agnoscendus esset.

\*8. Cum nos.) Indicans in regibus esse ne male audiant. Certe regibus honesta tantum licent, & quæ iusta sunt, nec vbi eos in officio cessare oportet. immane quantum absunt ab huius Principiū ingenio, qui cum non raro committant detestanda, idq; palam, monitorem tamen ferre non possunt. Es patrida. Præuos sentire ciues subditosq; rebelles resecandos. At à Deo) Dis simile, quanquam iterum, prodit sapina ignorantia librarij, quem appetet hactenus aliquot capita, quod male cohærent dissecuisse. Observanda vox tam pia tam Christiana dubio procul à prescripto eternæ sapientiae, qui filius Dei, profecta. Quid autem prescribit sapientia regibus? Misericordia, inquit, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. Hanc sapientiam que secum omnia bona defert, orabat Solomon, ut suo throno semper adficeret, fidissima certissimæ consiliaria. Duri, inexorabiles. immites) crudeles. Quos tyrannos, vel portenta verius dixeris, qualia nulla non atas sub principum titulo pertulit. Nam) iuxta illud Christi in qua mensura mensuritis, remetietur vobis. Vopiscus loco mox citando auctor est, Imp. Aurelianum, à multis neq; inter bonos neq; inter malos positum, quod ei clementia imperatorum dōs prima desuerit.

\*9. Stultum, sese neminem indicare. Observandum item, quod imperatores est ars artium, ornantiumq; difficillima. Flavius Vopiscus in Aurel. tradit se audiisse à patre suo, Diocletianum adhuc priuatum dicere solere. Nihil esse difficultius quam bene imperare causa addita. Colligunt, inquit, se quatuor aut quinq;, simul consilium ad decipiendum Imperatorem capiunt. Dicunt quid probandum sit. Imperator qui domi clausus est, vera non nouit. Cogitur hoc tantum scire quod illi loquuntur. Facit iudices, quos fieri non oportet. Amouet à repub. quos debebat retinere. Ita ut dixit Diocletianus bonus, cautele optimus venditur Imperator. Itaq; concludit Vopiscus, nihil difficultius esse bono Principe: quæ autem res malos Princes faciat, idem recitat. Inter Socratica apophth. apud Erasmus, quæ ad hunc locum faciunt, habes num. 10. & 12.

Qui brutis ) Vnde dictum cuiusdam inimici scurre, qui fuit tempore  
bus Divi Claudi, celebratur. Videlicet, in uno annulo bonus Princeps p[ro]p[ri]o  
perscribi, atq[ue] depingi. Quanquam principes a Carolo nostro Magistri, quae  
Germanicae originis Rom. Imperij titulo rerum habentas moderatis sunt, etiam  
ti superioribus siue Italiis, siue Grecis uno atq[ue] altero excerptis, inter se  
simos ne dum optimos collocandi sunt, precipue vero qui a tricornibus, inter se  
quod eorum superbiam, ut cetera sileam, ferre non poterant, excreti sunt,  
quorum e numero fuere Henricus nobis quartus. Friderici pater & ipso  
Principes ut innocentissimi, ita per Cainos maxime implacabiliter persecuti.

Duos pueros ) Vulgatio patry sermonis more, Adulescentes dicuntur  
nat pueros. Quamuis etiam propriaque significatione, cum puerum dicimus,  
impuberem intelligimus, id est, qui quatuordecim annos non expulerit.

Forma praestantes ) Pulchros, formosos. Improbataen ) Motu  
clericarum pro turpiter factis videtur usurpare. Pulchrum enim & iusta  
ad mentis rationem inter opposita continentur. Vide Platonem in Hippocrate  
iore. Lege Aspasio Rauennati magistro epistolarum Imp. Alexandri Man-  
mea F. id dictum tribui, Nempe fieri non posse, ut qui omnino deformis  
bonus sit. Sed & apud iure consultos relatum est, Sapientis iudicium esse ex quo  
vultus corporisque figura mentis bonitate speculari atq[ue] concycere.

In libris apud Germanos ciuitatibus Peculatum familiarem effe. Re-  
posui peculatus pro peculiatus, que sane proba dictio est, sed hoc non per-  
nens, eum qui peculia habet signans. Contra ex peculiatus, qui pecunia ex-  
haustus est, metaphor a seruis ducta, qui peculum consumperunt. Ceter-  
rum peculatus rei qui sint, queae corundem paucae constitutae, docent iury-  
consulti lib. ff. XLVIII. tit. XIII. & impp. Honor. & Theodos. aa. I. Vm-  
ca. C. de criminis peculatus. Quanquam consulto Friderico severius animad-  
uersum est apud Augustam Sueorum in quandam e primorum namus pe-  
culatus insignite reum, cui patrum memoria gula laqueo fracta est, vi & ne-  
stra ibidem alteri eiusmodi criminis reo minoris tamen subfelly, eadem pun-  
irrogata est. Constat item apud Agrippinenses non multis annis quam  
Aug. me. Maximilianus Imp. excederet, aliquot optimates ex hoc putissimum  
ut serebatur, capite detruncatos. Quae res max Agrippinenses difficultate  
negotio, quum in consilio Cesare efflagitanti populo id factum aduersus legi-  
decurionumque, hoc est, magistratu fungentium praerogativam, datum fu-  
xit. Iurisperitorum sententia est quod decurio delinquens comprehendendi que-

dem, at non prius, quam ad principem relatum delictum ab eo<sup>qz</sup> responsum acceptum sit, torqueri possit, aut de eo supplicium sumi. Quanquam a proce- pto nostro clarissime Dn. Zasio se numero auditum est illaudatos Ger- manorum mores das altharkomien optimis legibus praejudicare.

55. stultis) scurras & moriones Schalckenarren intelligo, quorum non man esse speciem ostendit Pontanus lib. de Sermonc tercio. Et in de Libe- litate scribit, quod Alphonsus rex, quanquam esset profusior, huiusmodi tam- en homines cisterne rimose per similes dicebat, quas ut nullas impleret imber, sic hor nulli, quamvis magni prouentus rerumqz compendia exsacrarent. Itaqz de fatus natura, qui parvo aluntur non arbitror sensisse Casarem.

57. Ut vincamus nosmet ipsos) Discant, nostri principes victores exemplo Fidei, iei temperare animum, neqz insolescere ob res ad voluntatem cedentes, parcereqz viciis, quatenus tamen ratio patitur, siquidem videndum ne reno- uari bellum possit. Atqz et seditionum principes puniendi, vbi alia ad securi- tatem nulla est via, sic imbellis multitudo etiam fouenda. Argz auaricie) Nam primum est vitoriis, ut magnopere videat in ipso vincendi cursu, ne flu- do cadi, aut rapinarum bellum gerere videatur.

58. immitem) rigidum, inexorabilem in castigandis facinorosis. Innuens ignoscitiam esse potiorem paenitentia.

61. Calistum tertium) Sed is Alphonsi beneficiorum immemor peruersi- consilia & persida plena aduersus filium Ferdinandum agitare coepit. Quip- po qui esset fluxa fide, peruicaci ingenio, varijs consilijs, praecipiti ambitione, ve Pontanus prodidit in historia, cui quamplurime magis in hac narratione puto credendum. Sed cogitationes omniqz Calisti consilium mors interrupit. De quo Dominicus Capranicus sacerdos Cardinalis, cum intellexisset cum pontificem creatum a Collegio Cardinalium, quod eius de- generantem cognosisset animum, quam fatue, in-

quit, fatui fatuum cre-

suere.

IN TERTIVM ÆN. SYL. COM.  
MENT. LIBRVM SCHOLIA IACOBI  
SPIEGELII SELBSTADIENSIS.

## IN PROOEMIVM.

**V**IRTUTEM MAGIS VSV DISCI, QVAM  
preceptis. Virtutis enim laus omnis, Cicerone teste, in actione  
consistit lib. Off. primo. Non qui facienda dicunt.) Diogene  
dicebat eos, qui de virtute loquerentur nec rede viuerent, C<sup>r</sup>  
thara similes, quæ sono prodebet alij, ipsa nec sentiret, nec au-  
diret quicquam. Sed qui dicenda faciunt) Taxat latenter, qui per vitam  
omnem nihil aliud quam de virtute disputant, quod viritatem verba putant,  
ut lucum lingua, quemadmodum notans eos dixit Horatius. In omnium rerum  
licentia) Quum Sex. Nero Cœsar nihil flagitiorum sibi non permitteret, clauso  
tanto rerum successu, dicebat neminem principum ante ipsum, scilicet quid licet  
ret. Verum qui hoc dixit sensit tandem quid vicissim licet populo in malum  
principem. Eras. lib. Apoph. sexto.

In Cap. I.

Fama viuere post mortem praelatos autores. Tu neq<sup>z</sup>) sentiens cum  
Diogene vitam sine literis mortem esse.

Princeps commodū publicū minus rectē consulere posse propter sensibili-  
lierorum priuatos affectus. Leuius rerum quam fame iactum) Sic emen-  
dauimus locum in diuersum sensum deprauatum, Affuit enim Sigismundo le-  
beralitas ac munificencia quanta in nullo ante principum. Roma) quum Frider-  
ericus impersalibus insulis à Nicolao V. cingeretur.

Vxor fuit) Et simul vomica. Nihil enim degenerauit à paternis mariti  
bus. Nam filia fuit Friderici Comitis Ciliæ omnium atate sua viri flagitiis-  
simi. Meminit eius Sylvius in Europa & hunc imitatus Volaterranus. Intrudi-  
exemplum) Hanc lex Dei velut castæ hostie munus elegit. De ea lege diuina  
Ambrosum quæ ad hunc locum faciunt, cap. 19 lib. Hexam. quinti. Cum non  
columbas) Vox parum pudica, sed quam aliam, quo, expectates ab ea, que  
persuasa erat, animam æque atq<sup>z</sup> corpus interire.

Columbas) Quod fatui sepe indulgeant, Passeres) Ut bi annum sumi se-  
latissimi, ita vita brevissime feruntur. Morosa vxor, mors viri.

Barbara v-  
xor Sigis-  
mundi.

OVS

Ottacarus) Reposui Ottacarus, qui Italia est Odoacer, Austriacis nostris Odacter, Priscis Hettbeger quia Otto seu Od (vt Anonymus doctus procul dubio ac iuxta diligens autor ille, qui aliquot nomina propria Germanorum ad priscam Etymologiam restituit, tradidit) significat, Hatto Hetto. Est autem Hatto seu Hetto idem quod pater. Vnde adhuc hodie teste eodem in Hassia pueri appellant patres suos Hatto, sicut & in nostra Alsacia, Hetto, quod forte cum latuit. Et credit Chartos, quos nunc Hessos vocamus prisco vocabulo Hattos, id est patres, & Hattiam patriam appellatam esse. At eadem ratione Alsacia, Hettia videretur esse vocanda. Interpretatur autem Hettbeger, pater custodiens, seruans, tuens. Hegem enim significat custodire, inde nomen Heger quem nunc Hoyer vitiouse dicit. Ceterum Ottacarus is est, quem acie ris dum Cæsar Rudolphus occidit altera in eum sumpta expeditione, haud longe ab oppido Maregck in tractu, cuius Marauaha flumine nomen est Marcfelt, vt à Lecho ad Suevorum Augustam, Echfeldt. Ne cornua) Nitirum sentiens id in sua ferendum, quod quis in aliena patrat, iuxta celebrem Mimum, ab alio expectes, alteri quod feceris. De Cornuis extat haud illepidum carmen, quod Ioan. Neuizanza Iuricconsaltis indefesse & ad miraculum lectionis, refert in Sylvia sua nuptiali, pag. CXLV. fac. secunda. Porro non satis constat de qua rixore accipiendum sit, quum Ottacarus pro regum vel potius tyrannorum licentia superduxerit alteram repudiata ut anui & sterili Margarite Austriae, que fuit soror Ducis Friderici Austriae, in quo sine sobole defuncto laudissima per multos annos familia Leopoldina cognominata, extincta est, cui summa Ces. Rudolphi virtute pars, que nunc rerum potitur nobilissima tenuis Germaniae gens. Habsburgica successit, nullam unquam, ut ceterae, interea interruptionem sternuntis passa. Sola itaq; seriem continuam referre potest, que & industria studioq; Ces. Maximiliani nullis non annalibus monit, veterum excusis, sexta est in libro, cuius statim mentionem feci in primis in Ant. Panormit. scholijs. Post annum, inquit) Sic Ioannes Geilerus vulgatore cognomento dictus à keisersperg (quod est Alsatia oppitum, haud ita contemnendum, in ciuitatibus decem, que sub Cæsari preside, imperator rem tantum agnoscent) celebris sua tempestate Prædicator, electo, qui hodie praest Argentoratæ ecclesiæ scopo è præclarâ illustrium Comitum ab Honstein familia Vilhelmo tertio, quiq; ut alias plane egregias præteream, peculiare in procerum concessu, nomen principi & magni cum vsu tum con-siliij, pacificatoris deniq; in prouincia meruit, iam concionem soluturus, elapsus

inquit, anno videbimus, an nouus praeful vobis landandus reniantur. Procedit  
imprudentis esse ratus de eo publice verba facere; cuius mores nec diam sibi  
nouisset, quos etiam non raro magistratus mutare solet. Fratris Yuventini &  
abrogati Cesaris. Pontano scurrarum omnium deformatisimis sunt qui apud eum  
principum mensas, inq; dominantium aulis versantur, non modo rei famulari  
ampliande gratia, vt nostra recordatione Chonradus à Rosi, atq; Virg.  
Pfotzheimius, quod tolerabilius quidem videatur, verum ut ventri satiatu  
ciant atq; ebrietati, hiq; facile quidem in omnem turpitudinem dilatantur  
gulae ac ventrū studio, Græco nomine nunc Parasiti vocati, nunc Sycephantae  
Philelphus) Cum Volaterrani tū Camertis aliorumq; excellenti doctrina rur  
rum testimonio sua tempestate extra controuersiam omnium doctissimum, qui  
ut de Vincio dicebat Augustus, ingenium innumerato habebat. Sayre, & pop  
proseculo refertum bona fruge. Antonio Pio) Scribendum omnino, Caracallo,  
quod Oppianus Seuero mortuo à quo pater eius in Melitam insulam relega  
tus erat, oblato poemate eius filio Antonio Caracallo & parentis in patrum  
reditum impetraverit, & ab eodem, quod Aeneas hic refert, rotidem aureo  
nummis, quot erant versus donatus est.

Quanquam huius rei haud quaquam indigne relata, Spartianus nū  
meminerit. In Trenia) Emendaui, interea. Obsidere instituisse) Quia Ladilla  
um adolescentulum in Italiam abduxerat. Honestā ratio) Nec mibi verisimile  
Fides erga subditos. Terri) Repone trēs. Sic enim ab Aenea veterum manu  
scriptum arbitror, quod ignaro prorsus exscriptore, vt apparet, omni reverentia  
imposuit, ut terris scriberet contracte, qui mos etiam seruat: hiq; qui re  
cretioribus principum negotijs adhibentur. Inter se contendisse) Subindicamus  
& eis quoq; id pomum, sicut euenit, dissidium paritum. Zippone) Pippo  
nem vel Pippum scribendum. Hoc duce gesit Cæs. Sigismundus gratia bella ad  
uersus Venetos. Vide, Sabellicum & Volaterra.

Ex domo Strozziarum) Idem commemorat gentem Strozziacam maxime  
me prepolluisse cum diutius tum equitibus, Ferrariae quoq; per exilium pre  
pagatam. Siquidem Cosmus Medicus à Strozziis expulsus, à Florentini pos  
annum reuocatus, talionem & ipse aduersariis reddidit. Consilium principi  
atum Cæs. Fridericus refutat. Cum Maranū) Moravis restitut, qui nostrarum  
lingua die merrher appellantur. Olim regionem habitare Marcomanni,  
de quibus Rhenanus noster luculenter differit in Germania sua. Virg  
icum deinde) Fides principis in consiliarium. Consilium pessimum, qui  
sumq; crudelitate coniunctum à Cæs. Friderico reiectum. Non sic Augustus,

qui Cæsarionem Cæsaris patris ex Cleopatra filium è medio sustulit, quo solus imperaret. Digni prosector erant, qui sic inuitabant principem ad cognati sanguinis effusionem, ut mox è numero memoriaq; viuentium tollerentur pœna legi Pompeia de Parricidijs. Diuitijs antepono. Sentiens ea duntaxat regibus consilia sequenda, que honesta sunt atq; iusta.

Qui sumptus metitur) Quocirca opulentissimi etiam reges, dum profundunt sua, dum nullam facultatum rationem habent, ipsi quoq; è deuenienti re aliquando solent, ut exinanito ærario rei familiaris angustijs pressi, ad eas que non conueniant, amplectenda cum concilia, tum facta prolabantur, cuius rei maximum exemplum præbuit Alfonsus rex alioqui laudatusimus. Vide Pontanum, qui illud refert in de Liberalitate.

17. Pestem odisse) Bias Prieneus interrogatus quod esset animal omnium maximè noxiū? Si de feris, inquit, percunctaris, tyrannus, si de mitibus, adulator.

Banus) Est Hungarū præses. Emendaui corruptum vocabulum Marchlang scripsi q; conjectura tantum Marcus Banus fort. Dalmaciae Palatinus) Huic in regno secunde tribuuntur à rege, vocatur q; Palatinus regni, ne putas familie nomen, vt est vni in principib; septemuiris longe clarissimæ.

In tunabili moriantur) Iodocus à Calbo patrum memoria theologus Heidelbergensis, quum is ab avunculo meo amicè monitus esset, vt que superiore concione de salute principum per quā libere differuerit, proxime concionaturus mitigaret temperamento quopiam, vir perpetuo tamen sibi constans, receperit se rem cordi accepturum. Sequenti igitur concione prefatus se quidem per occasionem nonnihil de statu principum in futuro seculo dixisse, quæ forte minus vere, atq; aliter ac senserat, delata auribus eorum, non admonebat, grātē accepissent. Proinde ne ambigant, qua mente ab eo proclamata, sint recipienda, ipsum iam vt sua natura esset, aperte exponere velle. Videlicet, quæ anteā de principum salute enuersim in medium protulisset, non nisi cum misericordia suā accipienda. Etenim se minimè eos exculdere principes aeterno regno, qui septenates moriantur, ceterum de perstatem corruptis dictum esse. Videlicet iure cui videri posse, apud superos ferinam carnem perraram, si quis ex illorum numero ad cœlicolas condescenderit.

19. 20. Diae Ferinae fort. Serenæ. Alberti) Eo nomine primi. Commissarius prælium) Memorabilis sane pugna, vt que ab ortu Solis in occasum eius protracta est. In ea Fridericus, qui anteā bū victor abierat diuersis locis, inferior tandem captus est, & non occisus vt Itali & in ijs Egnatius, prodidere.

Nam Lupoldus frateri Ludouicu[m] modis omnibus vexare non desistit, duci  
res Friderico sue Austriae restituto componeretur. Patria mea Selestatum [re]  
cuta Friderici partes, recusauit prius agnoscere Ludouicum, imperatorem, no[n]  
facere, quam ille queuis sen. pop. quod Selestatu[m] à Friderico concessu[m] po[ste]rem  
ita contemnda priuilegia approbasset, que pariter clementia Hungariz[arum] C[on]f[er]e  
principum permavaerent rata. *Quares*) Lege annales Hungariz[arum] p[ro]p[ri]e  
nographi in rebus Sigismundi Aug. Memorabile integritatis exemplum p[ro]p[ri]e  
Inter Ioannem) Filius imp. Henrici VII. qui adeptus dote[re] Boemie p[ro]p[ri]e  
gnū id successoribus tradidit usq[ue] ad Sigismundum Aug. an. C. XV. Cr[us]ta  
cidit in prælio cum toto exercitu militans regi Gallorum aduersus Angl. lib. 4  
ge Polydor. lib. 19. in histo. Engl. Gaguin lib. 8. & Paul. Aencl. lib. 4  
Henricum Carinthia ducem) Habuit enim & ille in regno, qui patet eti[am]  
tenebant, quod ei altera atq[ue] adeo maior VVenceslai regis cognomina iurav[er]e  
soror nuperat. Sed hunc primum C[on]f[er]e. Albertus Austrius expellens filium  
suum Rudolphum regem constituit, quo paulo post mortuo res ad Henricum  
revertitur, contra quicunq[ue] rursus rex Ioannes profectus, armis regnum ab  
acepit. *Zischa*) vide Sylvium in historia cap. 15. Ritium lib. 2. 30.  
Regib. Hungar. qui eum Siskaliscum appellat. Quanquam librarij infidelia  
duo in unum vocabula coacta videntur, ut sit legendum. Si vero ducit Zischa  
lusco, quia altero captus erat oculo & que sequuntur. vide & Papinius  
Cardinalem lib. Comment. sexto, ut cognoscas quam infeliciter Catholici  
contra VVicelphitanos pugnauerunt. Nam Hussitarum) querum fuit Zischa  
Imperator, hoc est, ut nunc dicunt, Obrister Feldtheuptman in Jania, quod  
nemo nisi & ipse insani capit[us] negare potest, originem habet in Jania, quod  
dogmate. Namq[ue] hostes venientis) sensus exigit ut legamus. Nam vi  
stes viuentis aspectum non ferebant, ita mortui &c. *Heldt Samm*  
tinus) Reposui, ut in Antonio Nestor Fauentinus. Nimurum à Euentia lie  
lie vrbe oriundus. Nam qui genere obscuro nati sunt, ut inclinueret, virum  
quisquis suū factis à patria vel vicina loci natalis cognobiliore vrbe cogni  
mentum accipiunt. Sic ille Lieboldus à Selestatio. Copiarum ducib[us]) And  
& Erasmum de bello vere Christiana differenti in explicacione parvum  
Dulce bellum inexpertis, digna profecto ut aureis notis tota exscripta quatuor  
diē ante oculos Principum magnorum conficienda ponatur. Si ex te, in  
quit, omnium pessima quicquid omnino commodi potest colligi, id tetram  
sceleratissimos aliquot latrones deriuatur, ad militem mercenarium ad  
strenuos predones, ad pauculos forte duces, quorum artificio bellum in his

ipsum fuerat excitatum, & quibus cum nunquam melius agitur, quam in  
26. summo reipublice naufragio. Contra euentos) Expunge, & Venetos  
reponere. Et mox Mahumetes, pro Machmetus. Hunc debemus Sergio mona-  
cho ob sectam Hareseos è Constantinopoli in Arabiam profugo. Leges super-  
stitionis Sergio magistro condidit, quas rno volumine conscriptas Alcoranum  
appellant, que piorum iudicio non tam argumentationibus armisq; quam mo-  
rum integritate, ac verò Christi Dei & Seruatoris nostri cultu refellenda  
sunt. Moriens pradixit se iturum in cœlum, quod diu expectantes tandem te-  
nentur coacti odore sepulcro mandauerunt apud Mæchan ciuitatem, que adi-  
tur ab eis ut à nostris Hyerosolyma.

27. Socrates duxit vxorem) Lego eum simul aliisse domi duas uxores,  
Myrto & Xantippen. Proinde demiranti cuidam in quem tandem usum ale-  
ret duas mulieres, praesertim rixosas, nec eas domo exigeret. Haec, inquit, ma-  
domi docent telabantiam, qua mibi in publico utendum est, harum moribus  
exercitatus commodior ero ad aliorum consuetudinem.

28. Graciscitane) Emendaui Grositanæ. Sic enim habet catalogus Epi-  
scopalium ecclesiastarum Tuscia. Grositanus vel Grossetanus. Vide sextum vo-  
lumen Tractatum iurisperitorum fol. 87.

29. Verba iactantur) Sed ut est vulgi ingenium in virramq; partem im-  
modicum, vbi Pragam recepit, qui paulo ante Boemorum hostis, ex adulterio  
natus, Antichristi filius, sacrilegus, publicis hominum votis perdendus censem-  
batur, extremis honoribus exceptus est. Vide Sylgium in hist. cap. 52. Per  
preconem) Sic ars arte delusa est.

30. Parricidium offerens a Rudolpho Imp. integerissimo reiectus.

31. Hæreses) sectas, de quibus Laertius lib. primo. Hippobotus eodem re-  
ferente nouem ait fuisse. Sed duæ præcipue habite, quarum altera Academi-  
corum, & altera Peripateticorum est. Horum concordiam, quam dum me-  
ditatur ton. Picus princeps ille incomparabilis, ut optima queq; solet inuida-  
mors superueniens, interceptit trigesimo etatis anno. Lege vitam eius à nepo-  
te lo. Franciso scriptam itidem Principe omnium mea recordatione doctissi-  
mo, inuenies que Hugo nō & sementia astipulantur.

32. Occidi iussit) Quum Imperatoris indulto cuius Iudei, ex eo regem non  
babemus nisi Cæsarem, ditioni subiecti sint, synagogas habeant, hæretici ut  
excrucibilibus ideo negatas, quod professam fidem violarint, cautumq; di-  
ferti Rom. pontificum lego, ne cui liceat inuitos Iudaos ad Christi fidem com-  
pellere, quod illa ex necessitate minime proficiere debet, non video quo colore  
De Iudeis  
ad fidem  
cogendis.

tam crudele edictum, quod innuit Sylvius, verbo deseuens, nisi nunc multitudo, ut a Seneca dictum est, tollat pudorem, & quod quidam iurisperitorum, nescio quam recte, usurpat. Multitudo peccantium tundinem facit. Sed eos respicere oportuit ad illud vulgo iactatum. Non enim ardenter, qui cum multis ardent. Ad Christum, unum & singularem Deum) Is namq<sub>z</sub>, vt imp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius ad Eutropium Prof. Præt. referunt. Nicene assertor fidei & catholicæ religionis verus cultor accipiens est, qui omnipotentem Deum & Christum piam Dei uno nomine consitetur. Quod negat Arrius: trahens in eam demum am magnam partem orientalis ecclesie, annitentibus praesertim pri eo quibusdam imperatoribus, vt est in historia Cassiodori, quam repurgatam abs tractam, debemus clarissimo viro conciui nostro Beato Rhenano. Metu) scilicet, vel vita vel rei amittende. Einsmodi Marranos Hispani, clam Iudaismum obseruantes sacro fonte abluti. Incitatur) Cetero rexi, minatur. Carmen) Forte unum aliquem psalmum.

Fenus ita demum) Petutum è c. Sicut non, dist. XLVI. Certe publico interesset, l. eos. co. de Vsurū obseruari, que certum modum funeraria constituit, vt qui eum excederet, plecterentur. Alcicius, vt videtur, multos episcopos & sacerdotes Italie, quod faeneratores potius suis clām, credidisse cunijs in id lucrum, adiuuant, quam vlo modo coercent. Quod & tunc Cyprianus conqueritur. Sexto & quadragesimo) Scribebat enim anno Anno reparate salutis M. CCCC. LVI. Neapoli ejus, & seq. lib. 4. Annal. Polonic. vt cognoscas memorabilem pugnam, quae facta est. XIII. Iulij anno à nato Domino M. CCCC. X. in ea pluviis quinquaginta millia hominum cecidisse referuntur. Vladislau autem filius, qui ethnico patre natus Olgerdo Lithuaniae principe rei militari perit, cui & ille inter duodecim filios, natu maximus erat, licet prius à patre usque douico regi Hungarie & Poloniae Duci Austriae VV. helmo desponsam regnantes Adiugam vocant, dicens vxorem, vt supra dictum est, Polone regnare & simul regeneratione lauacrum accepit, summo tamen episcoporum & prætorum gentis scelere, mite adeo puelle, vt qua iam mater esse è VV. helmo cupiebat, paterna voluntata grataq<sub>z</sub> habens, nonum maritum obtulit. Horum & suos proceres regni aliquot simulantes a sponsam Dauam VV. helnum, nec certe ita contemnendum, vt quidam scripsit suo Iovi blanditiis,

*ad thalamum regine, ut iustum maritum, sicut dubio procul apud Deum, ac ipsam Hedwigim fuit, id morte eius non multò post tempore secura ostendens te perducendum, quo iam e sponsa coniunx fieret, cum iniuria ludibrioq; exasperarent. Ut scet illud vulgatum Lucani carmen mutato uno duntaxat verbo.*

Nulla fides pietasq; viris qui lucra sequuntur. Oppidum beate Marie Nobis est Marienburgum, in quo magni magistri ordinis Theutonicorum sedes erat, priusquam Poloni illud cum magna provincie parte occupauere. Omnis Prussia) Postrem Germanie ora est amplissima, de cuius antiquitatis bus non contemnendus libellus extat Erasmi Stelle. Crantius in Vandalia, Althamerusq; in commentariis situm, moresq; gentis, bellaq; referunt. Tota alii sunt in militia Theutonicae sanctissima virginis Mariae. Exemplo Sigismundi imp. pulchrius est benefaciendo quam potentia inimicos vincere. Forte legerat aliquando Philippum filio Alexandre suassisse, ut eos qui in rep. pollevent autoritate tum bonos tum malos sibi conciliaret amicos, ac bonis qui dem viceretur, malis vero abuteretur. Neq; enim mortuus bellum excitat) Parvum Italice protulit, multarum namq; linguarum peritus fuit. Latinus est, Mortui non mordent. Nostris vero, Canis mortuus non mordet. Theodorus Chius cum deliberaretur, vtrum Pompeius ab Aegypto repellendus esset, an admittendus, censuit receptum occidendum, addens hoc dictum: Mortuos non mordere. Albertus Austriae dux) Eius nominis quintus filius Alberti, ni fallor, quarti, Bellum hoc quod autore Sternenbergo regulo, seu Barone inter Bohemiae proceres tunc magna autoritate, excitatum est in historia cap. 55. Et referunt Annales Polonici lib. quarto cap. 53.

Si alium Prudentissimus princeps noluit per legatum, sed per se gerere. Nam ut quidam sapiens vere dixit commonstrantibus id multis nostrae temporis exemplis, & quidem domesticis, ne vel superiora vel externa, tametsi horum assatim satis est, repetamus. Videlicet hoc esse precipuum bulcus omnium rerum publicarum, quod omnia munia per vicarios administrantur. interdum alteros ac tertios. Ac frequenter is qui & honore & salario fruitur, minime omniam idoneus est ad functionem obeundam. Annotent hoc principes qui subinde coguntur exactionibus grauare populum. Frustra ducem appellat) Quod eius sic procedere, petita ab etymologia ratione.

Exemplum constantis vereq; Socrati animi. Legimus enim Xantipeo de marito suo Socrate praedicare solitam, quod semper vidisset illum eodem vultu reverenter domum, quo exierat.

Observandum exemplum quo Cesar Sigismundus heroem iniulc  
fese ac virum fortem ostendit. Voce ) Placida sane atq; sedata. Quoniam re  
tus aliquis, aut furoris stumulis percitus virum fortem praestare nequit. Aude  
cia ) Non raro rerum scriptores solent etiam laudare audaciam, eamq; in bello  
pro mero habendam dicunt. Atq; adeo passim ab omnibus usurpatum resu  
proverbium. Fortes fortuna adiuuat, admonet his plerumq; res proferre fac  
cedere, qui fortiter periclitantur fortunam, ceu infensam yis, qui nihil audire  
experiri. Quisq; timens ) Sceleris, scilicet, conscientia. Coniurat) Hungaricus  
scriptor autor est, quod Sigismundus a duobus ac trigintatrigulis, qui  
milites regni vocatos dicit, iussu eius securi percussis regnum nunquam fin  
metu tenuerit, ac post prioris vxoris mortem captum, nec andumq; magis quam  
asseruandum foemine, cuius maritum ille interficerat, esse traditum, quo w  
ro dimissus fuerit modo cap. 47. huius lib. audiens. Porro cordatum cari  
Antonini Gete dictum, nunquam magnorum principum animis excidere de  
beret. Is, quem pater eius imp. Seuerus hostes eius omnes necare destinavit,  
interrogavit quantus esset occidendorum numerus, eum quem pater edict  
set rogauit num isti haberent parentes ac propinquos, quem respsonsam esset  
babere & quidem multos, plures ergo, inquit, in ciuitate tristes futuri sunt,  
quam lati.

In eo bello) Meminit eius Nauclerus Generat. 49. & Sylvius in Europa  
cap. 39. Sexto) a virginis partu M C C C C. & quinquagesimo. Granburgum)  
Scribendum Grauenburgum, In valle iacet) Ad annem Pegnsum, qui Laz  
fenium Norinbergamq; attingit. Quamuis in se vnum) Sic restrai interplex  
tam lectionem. Attende non modicam laudem Germanorum, quod famili  
deuicularum urbi seruant inuolatas. Iodocus) Ea etate princeps celebri, p  
rudentia, & prudens & strenuus religionisq; atq; iusticia cultor habuit. Ceter  
nihil tam ad conciliandos popularium animos valer, quam iusticie ac domini  
cultus opinio. Quamobrem non tam mirum ei delatam imperij administratio  
nem quam abrogatam, Venceslaum aquiore bie constat anno depolit  
breuitas imperij, ipsa femestris, Iodocum catalogo principum exiliit.  
Gesit grauissimum ante bellum cum fratre Procopio. Lege Crantum in Ver  
dalia hb. 9. cap. 29.

Cum scissa esset) Impropiè dictum ex eo apparet, quod concio fidel  
ium pro qua constat Christum, inuisibile eius caput, in Euangelio rogasse, ne al  
desiciat fides Petri, gratiam quotidie in ecclesiam infundentem, adeo ut neq;  
schismatici eam dividere, nego ter heretici subaertere valeant, semetiphi  
ab eis.

ab ecclesia catholica alienantes. Nam qui delinquit seipsum condemnat. Unde vulgo dicitur. Ex maleficiis reum naturali obligatione teneri ad paenam, quis videtur consentire, ut merita pena afficiatur, quod ferè omnes iuris ciui- lii interpres tradiderunt in l. ex hoc iure est de iust. & iure. Quamobrem donec ad sanitatem reverantur non sunt pars ecclesiae, ex qua exiuerunt, una in resolutum intenti, ut contradictiones cunctis orthodoxis adducant, ut ubiq; concordiam extinguant, nusquam pietatem adiuvent, ut verè dixit Alciatus maximus ille iuris, cui vni soli de docto vereq; pie sentienti tribuendum est, quim sexcentia plaustris conclusionariorum, quorum omnes heretice senten- tiae veterum orthodoxorum commentariis consummatae sunt, ut idem Alciatus iam melior theologus latè docet in enarratione epistola Ioannis pape secundi ad imp. Iustinianum, C. de sum. trin. Sed bene habet, quod qui errat cum Ec- clesia, feliciter errat, si modo errare potest, que Christi spiritu regitur, rege- turq; vñq; ad consummationem seculi. Proinde rectius ecclesiam Romanam sissam dixisset Sylvius, cuius pontifices & errasse olim, & errare posse nemo negare potest. At interim in Catholica ecclesia, que eius sedis primatum, non ex frigidis misericordiis decretis solum à CCC annis circa usurpatum, ut quidam he- reticorum ridicule tradiderunt, sed ab Apostolicis temporibus per manus tra- datum, agnoscit, Christianorum dogmatum manet sinceritas. Quanquam fa- cendum est, si per illos ferè annos Ro. pont. vita moresq; ex aquo responduisse professioni Apostolorum principis Petri, hoc est tam ardentius que Christi sunt qui spirituale regnum constituit quiescissent, quam eos forte exigentibus sic, non confatis, sed populi peccatis, cœca ambitione, ac euangelio plane inimica cu- piditate ranti, mundanibus opibus attrahendis studuisse, operibusq; carnis de- lebatos res ipsa declarat, nulla iniuria laboraret sacerdotium, sed ei pristi- nus honos veneratioq; stare, que ut reparari possint in Sholijs nostris in Genu- therum Ligurinum e verbis Pauli AEmiliij, quem Canonicum Paristensem ac- ceperit quod tam ignorabam, retulimus. Sapienter igitur qui praus mores non vrbis tantum, sed orbis etiam quo Christi nomen receptum est corrigendos po- tius, & minime Rom. pont. extinguendum putant. Petrus de Luna) Hispanus è Cathalania qui Auenione Clementi pseudopontifici successerat Benedictus XIII. vocatus.

Bald. Cossa) Neapolitanus vir potius militari quam sacra idoneus di- ciplina, vt Volaterranus dicit, Bononia creatur quod & legatus Bononien.

M m. 2 eff.

esset, & armatos milites haberet, vt si precastio id obtinere non posset, anno  
conquereretur, auctor Platina. Est nonnullis Ioannes XIII. alijs XIIII.  
de quo & supra dictum est. Cararius, patria Venetus ti. S. Matris pietatis  
ter Cardinalis in pontificatu nomen sumpsit Gregorij XII. creatus Roma  
bac lege vt si ex re foret ecclesiæ se pontificatu abd. caret. Constantiam Socia  
ut constanter afferunt Vadianus, Althamerus, ab Constantio Constantini  
magni patre appellatam. Bilibaldo coniectura est fuisse olim Gamodurum.

Sueorum ut nunc) Quod loca Rhetiae prime, cuius descriptionem peti  
ex primo libro Germanic. rerum. Beati Rhenani, occuparunt. Alemanni sc  
cuparant, qui Sueorum nomine continebantur. Itaq<sup>u</sup> Turegum oppidum Sat  
viae vindicatur, quod Sueui, id est, Alemanni pagum Turgauensem possedunt  
in quo situm est Turegum. Constantiam autem in Rhetia prima censam suam  
se veterum praesidiorum monumenta conuincunt.

Sigismundus imp. curauit) Imperatoris enim est in se bisimile procuru  
re, vt congregetur consilium, quod verum esse magni nominis iurisperitis in  
terpretantur, vbi pontifex Romanus ex magna causa esset suspectus, alioquin  
ad eum pertinere synodi vocationem, & eo negligente ad eos Cardinales, qu  
minime eius labii suspitione notantur, que conuentui per agendo causam pre  
stat. Vbicunq<sup>z</sup>, autem de hoc oriretur aliqua dubitatio, existimat Alecius, q  
eius disceptationem imperatorem forte adeundum.

Vt nationes omnes) Vnde Cæs. Maximilianus cum per iocum viatores  
clericorum nuncupabat. Electus) Maximè procurante ipso Cæs. Sigismundo,  
quo inuito post statim in Italiam reuertit. Duos) Lunam scilicet, & Caffinum  
Luna pertinax retento papa nomine mortuus est, cui sufficerunt Clemencio  
octauum canonicum Brachinonensem Aegidium cognomine Munitionem des  
Cardinales, Alphonso rege adhortante, quod Martini pont. opera abrogatus  
si esset Sicilia regnum à regina Ioanna, que prius eum hercdem confitituta  
Cossa dolore animi, vt putatur vitæ pertesu priuate moritar.

Tertius) Carrarius. Renunciavit per procuratorem Carolum Malat<sup>z</sup>  
stam, quum ipse ad synodum proficiere recusasset, decretu est ei legatio ad  
Piceni, quia facile cesserat in qua tamen non multo post noritur, Martinus  
nondum pontifice creato.

Suo periculo auertere alienum magnanimi est. Cur igitur) Erit illa q  
tempestate, vt constat ex scriptoribus inquietior senensis resp. administratio  
propter diuersa ciuium studia que Florentini souabant. Captiu) Cam propter  
nebulas

nobiles iussa eius, ut paulo ante retuli, occisos, tum quod apud Nicopolim ab amato Turcarum tyranno prelio vicitus inglorius reuertebatur exutus armis, tam etiam quod defuncta Maria uxoro constupratorem ageret virginum, si modo in eo fides habenda est Hungaricarum rerum scriptori. Cognomento Garay) Scribendum Garay. Nam eorum pater Nicolaus à Gara Palatinus à scriptoribus appellatur. Scio inquit) Verba regis Sigismundi ad scemnam, cuius maritum eius intersectum traditus fuit adseruandus in castro Soclos recato. Nota reges timere exempla. Quod si me) Promissa magnifica. Sed à libertati restituta Sigismundo seruata. Debellatis rebellibus) Nomina eorum si forte requiri, petenda sunt ex libro secundo Ricij de Hung. regib.

Austria claram in magna Germania provincia descriptio.  
A Lesta) Emendau Leyta. Hodie hoc flumen haud procul ab Aldenburghio Panoniam superiorum ab inferiori diuidit, ubi & à Danubio recipitur. Anasus qui & Anisus, haud procul ab eo castello quod Charnstat, rude Anasus fl. vulgo Rajzlat nominat in profunde vallis planitię ortus, primo tenuis, mox Austriae, inde longis sonoribus flexibus eluctatus Norici Ripensis campestria ingreditur, cursu adeo citato, ut his in locis quibus interdum vadous, & quamvis fortis, imponentia subfistere & ferre impetum vix queant. Ad huius ripam, quod prius a veteri amico nostro Vadiano viro docto atq; diligentii annotatum est, proximo anno Turcarum acerrime incursionses patuerunt. Nam fluvij qui sub Aniso Danubium ingrediuntur in Norico, multis locis sunt vadosi. Neq; est villa prouincia huius lateris, qua tot amoris limpidisq; & in totum piscois amnibus irrigetur. Anasus infra urbis Ensy menia iuxta Mathausen Danubio commiscetur Anaso urbi vulgo Ens, ab eo subter allabente id nomen dederunt, cum Laureacum veteribus fuerit oppidum archiepiscopali sede nobile, que postmodum Salzburgum translate est. Ab hoc item anane, quicquid supra cum situm est, ab Austriae popularibus Österreich ob der Ens / & quod infra iacet Ansum Österreich unter der Ens vocatur. Norici) hoc est ut posteriori dici caput. Bauarici, prout nunc in ea portione qua in plana demittuntur propemodum tota ditioni principum Bauarie subdita est. Quo vero auctore, quoque iure in austriacum nomen cesserit, copiosius ut suo loco, in Scholijs nostris in Guntherum Ligurinum differimus. Oenus Ingens flumen.) Et rapidissimum, vulgo der Jim, qui verius o Rhetia prima alpibus, quibus nunc nomen est Athesnarum, a stadio Athesi, vulgo Etsch, delapsus oppidum Oenipontis Jimbrug pratersluit, a me olim celebratum in commentarijs,

quos in Staurostichon Pici scripti iuuenis, à quo quidem loco primam nati-  
bilis, sed montium anfractibus variè tortu, nec statim in plana admissis, in  
longius per campestria ingressus est, annibus aliquot non ignobilibus Noricis  
venientibus demum iuxta Patavium cùm tali impetu vindarum in Danuvio  
ruit, vt per longissimum spaciū cursum suum seruet nec Danubianis dete-  
sceatur aquis, quemadmodum perspicue ex vindarum colore appareat. Pe-  
taviam ) Scripti Patavium meliores autores sequutus inter quos prae-  
Bilibaldus, Vadianus, & quem Germanos amare colereq; & venerari deci-  
Ricardus Bartholinus, cùm quod Italici sanguinis vir immortalis pietatis  
Germaniam nostram, cui toto pectore fauerit, illustraverit, tunc quod Celsus  
narum partium studiosior haberetur apud Iulium pontificem accusatum fuit  
animo decennale exilium extorris tulerit apud nos. Extant nostri in tam  
commentarij, quos nisi, præcipitassemus amicorum precibus fatigari, multo  
meliores nunc dare possemus. Quanq; arbitror me non semper a sopra elec-  
tasse, arg; ideo apud gratiorem posteritatem conatum quoq; nostrum fuit  
gratiosum. Viennam ) Capnion Vianam appellabat. Sic & Bartholinus id.  
Austriados. Video eruditis in sequentibus haud displicere, quod scholium nostrum  
admonuit, vrbi indubie à Germanis conditae, nam Favianum non est, ut pater-  
runt non indocti viri, recepta prouincia Romanorum præsidij electi, à ab-  
urbano fluvio, von der Wien, nomen inditum. Posonium ) Tentacum  
Presburg quibusdam placet ut Romanè magis Pisonium vocetur, & Sop-  
ronium pro Sopronio, Eedenburg. Primo à Marchionibus ) Video spes-  
sum ignorasse, quod Carolus Magnus, dum appararet Bauaricum bellum ab  
uersus Tassilonem, in Hunnos, qui superiorem Pannoniam infederant, auxili-  
propinquis Bauariis & consanguineis laturos, præmisserit ex suis numeris  
Ostrofrancorum proceribus sibi strenuis bellorum ducoribus, aliquot secunda eque-  
rum Theodoricum Alafredum, qui, vt scribit Aemilius, aliquot cum parte præ-  
lia fecere, munitionesq; opportunis locis & præcipue ad coitiones flauoriorum  
iætas expugnarunt, terroremq; circumferentes hostem longis latigij, summa  
victem submonere, ex ea, qua nunc Austria nomine indito ab Austria inde  
maiores Caroli puri Germani orti rerumq; potissimum sunt, atq; ipse Carolus apud  
Ingelheimum natus. Itaq; vñctores eorumq; posteri virtute sua parte premi-  
cie comitum nomine præfueru, quod vt vetustissimum, ita Carolingianum  
Principum temporibus usitatissimum. Marchionum vocabulū plane barbarum

Posterioris propemodum sub excusentem Carolingiacam sobolem receptum est.  
Proba vero nostratis lingue vox est Marggraff / eunq; signat, qui sub veteribus imperatoribus Limitanei prepositi vocati sunt, Vide l. viros spectabiles.  
C. de diuers. off. & apparit. lib. 12. & Alciatum enarrantem rubricam de fundis limitribus libro undecimo. Stirps ducum ) Ea cognominata est Leopoldus I. Marchio Austriae,  
Leupoldina, quod C. Henricus primus genere Saxo, cuius supra mentio facta est, propinquum suum Leupoldum Suevia ducem origine Ostrofrancum, defuncto Rudigerio à Pechlar nuncupato, qui mox his qui è Carolingico sanguine, hactenus rerum potiti sunt, absq; liberis extinctis, Austriam, que & orientalis Marchia dicobatur occupauerat, Maregrafum appellauit, beneficiarii unq; imperij principem constituit.

In sc̄mina) Margarita superflite fratri Friderico ultimo duci Austriae è Leopoldina stirpe orto, que à p̄dicto Leopoldo plus minus annos CCC. & XXVI. inclitæ prouincie factæ Germanici imperij per Carolum Magnum presuit. Fridericus in acie aduersus Hungaros fortiter occubuit. XVII. Cal. Iul. Anno M. C. XXXXVII. Hungari, quod necessariorum olim suorum Hunnorum fuerat, Austriam sep̄ vexarunt. Itaq; C. Rudolphi virtute erpta ab occupatore Boemo Habsburgiæ familie, summo Principum Germaniarum consensu moderanda concessa est, cui imperauit hactenus circa ann. CCLV.

Nam Bohemum ) ut constet sensus nec legendum est.

Franconibus ) Rectius Ostrofrancis, Hodie ) Hoc est anno à nato Christo M. C. C. C. quinquagesimo sexto.

Non mihi sitiebam ) Rudolphus sitis tolerantia prudenter sitibundum exercitum resorciuit, ita Lysimachus sitis impatientia fractus & se & exercitum turpiter dedidit. Itaq; factus iam is captiuus, O dñs, inquit, quam breuè voluntatis gratia, me ex i. rege seruum feci.

Ceterum obseruandum existimo, quod Sylvius & Italus & episcopus Rudolphus Rudolphum Imperatorem vocat contra rude vulgus præcipue Canonistarum Habsburgianarum, quod nulli eam quam à Roman. Pont. capite prius cincto diademeate concedit geasis, appellationem. Cuius tamen causa Rudolphus, ut quidam magna fide, scribit, id electoribus experimentibus se in Italianam intra annum prefecturum receperit. Sed constat nunquam Italianam ingressum esse, semper nouas occupationes publicè causatum. Verum apud amicos vir præcellenti ingeno & prudentia non dissimulabat se ab Italia deterreri priorum

priorum vestigijs Principum. Confirmatus est tamen à Gregorio X. in Concilio Lugdunensi, ut quibusdam placet, aut Lausanne quod versus patrum  
culq; veteres probant. Bis sexcenti septuaginta tres scilicet annis, Lazare  
dum rex & papafuere.

Porro quod magno Scriptores, consensu eius auaricie, adscribuntur.  
magis conueniebat prudentiae viri que in eo maxima fuit, tribunt. Nam  
quum longo inter regno Rom. pontificum nihil deterior facta esset magis  
iamq; eorundem studiū cognitum haberet, totius ad se Italie, si licet, magis  
hendi dominationem, inserviens tempori Rom. ecclesie Bononiam confidens.  
ceteras autem urbes regulis tantum liberavit, potestatemq; principum fidei perma-  
nerent, quemadmodum inoleuerat pridem apud Germanorum res ipsa, per  
etiam adeo prerogatiis libertatisq; ornauerat, ut nisi eas ad reclamacionem  
episcoporum prelatorumq; Germanie improbae instantia contraria  
scriptio, cuius mox verba sequuntur, rescidisset, potestas ei regia primum ab-  
gata fuisset. Accedebat fauor Rom: pont. quibus band omnia probabantur, quae  
vicarii Rudolphi in Italia gerebant. Rescripti tenor, sic habet.

RUDOLPHVS Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus  
Uniuersis imperij Romani fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam suam  
& omne bonum. Quia Regalem decet et clementiam sic libertates impendimus  
bene meritis liberalitatis & munificentiae sue gratiam impartiri, Quod  
eo imperio ac ecclesijs & ecclesiastiarum Prælati nullum pro suis suis  
pre iudicium irrogetur. Ad uniuersorum tam praesentium quam futurorum  
noticiam volumus præuenire, Quod per libertates illas, quibus ex etatibus  
stra tempore ciuitates & loca quecumque dotauiimus nullum volumus impeditum  
& ecclesijs ac ecclesiastiarum Prælati in suis iuribus, & hominibus praeditis  
generari. Sed volumus quod imperium & Prælati Ecclesiastica omnia nos  
bus illi gaudeant quibus ante libertatem huiusmodi ciuitati & loci a nobis  
indultam vti fuerunt, & que in eis ante tempora libertatis eisdem habebus  
noscuntur. In cuius rei testimonium praesens scriptum Marie statu nostra  
iussimus communiri. Dat. in Hagenauac. IIII. Non. Decemb. In anno  
XI. An. M. C. LXXXII. Regni vero nostri anno decimo.

Saniorem) Filium ducis Stephanii cognomento Ingolstadiensis; quod  
sedem illic haberet. Princeps minimè fortunatus, vt qui a filio degeneret, n  
Supradictum est cap. 27. lib. 2. grandevus iam persecutus est. In Calabria  
Alij Coletum inter quos Polydorus, sicut Morinorum Portus Icius vel Golfo.

tu, nunc in Picardia vulgo Cales oppidum quod Anglorum regi paret, gen-  
 tisq; decreto Angli homines tantum habitant. In Marinis) Reposui Marinæ,  
 quorum caput Morinum, nunc Terrauana regioni fecit. Ad regem Francie)  
 Historiam texuit Polydorus lib. 23. rerum Anglic. Cardinalis) Henricus ep. so-  
 copus Rintoniensis regis Anglie legatus ad Atrebatum. Fridericus senior)  
 Clarus innumeris derrimentis, que princeps prisi moris accipere maluit,  
 quam fidei nomen, quod Ioanni X X I I obstrinxerat maxime secutus verba  
 Cas. Sigismundi Constantianæq; synodi hic plane inconsistentis prophanare, vt  
 que post declarauerit aduersus naturæ legem, rationis lumen, atq; persan-  
 tum ethnoricorum decretum, fidem non esse seruandam hosti ecclesie, quem in-  
 terpretabantur hereticum. Cuius autoritate Casar Sigismundus, iam satis  
 serio clericorum viator, non vt ioco imp. Maximilianus eum sepius appellavit,  
 que in Constantianis acti continentur absentius dictus esset. Constat tamen  
 Cef. Sigismundum, qui, vt hominum est, non omnibus horis sapit, post &  
 maxime sub exitus tempora inconsolabiliter coacte sua opera synodi paenitu-  
 esse, cum Friderici causa, quam iam non erat in manus sua in integrum resti-  
 tuere, cum maxime omnium, vt id etiam non dissimulasse ferunt, tum apud fa-  
 miliares aulicos, tum & propinquos principes, quod frustratus omnino fuerit  
 fructu Synodi, quem vincere capere studebat. Videlicet vt certò iam constituto  
 in ecclesia capite, priores prisci q; mores reuocarentur per omnes qui Chri-  
 stiano nomine censerentur ordines. Sed bene habet, quod posteros nec latet  
 neg, latebit, interfuisse vnonnullos, vt pauci semper esse solent, qui meliori in-  
 dicto nitantur, inter quos Gerson ille magni vir nominis sanctimoniacis opinio-  
 ne insignis referendus est qui Synodi pleraq; acta improbarent, quibus forte  
 constituta etiam sanctum spiritum conciliarem quandoq; dormitasse quem nec  
 operatam semper Apostolis orthodoxi meliorumq; vt aiunt, genitum Theologi  
 prodiderunt. Hec à me nemo putet in sagillationem synodi relata, sed potius,  
 quod haud degenerum filiorum officij putamus ad patres dormitabundos in-  
 terdum excitando, ad horam qua minime somno indulgendum est, disadio-  
 rum in ecclesia renascentiū tollendorum componendorumq; non magis pre-  
 iudicij nitantur synodalibus, quā scripture autoritas concedat, sine qua quic-  
 quid constitutum est, maxime ad Fidei rationem pertinens, neg, lucem neg,  
 etatem diu ferre potest. Cerimonia item sanctioneq; principum Romonorum hoc  
 est, & Pontificis & Imperatoris, qua Oeconomiam respiciunt, publico

tamen Ecclesiae consensu cur mutari nequeant, nemo sani cerebri distillat Friderici patruus) Nam eius frater Ernestus, germanus erat dux, qui infra Fridericum genuit. Observandum autem principem Fridericum mercenarium egisse. De purpuratis suis) Quorum aliquot post iuste tamem omnino fortuna exuit, quod tandem sic didicisset, iis autoribus ei nihil successerat, quia quid cum suis popularibus ageret. Accepimus quod qui inter eos & autorum & opibus prepollebat, cuius nomen honoris gratia pretereo quod vel religiose propinquitatis tantum, extincto familie nomine superstites sint, cum illi Balzoni in gentis comitiis Fridericus priuato similium obuiis fuisse per summum contemptum multo plurimi popularibus audientibus dixisse fuit, Hoc vero Friderice, quando fatuum depones. Teutonicae Noerest Fridericu Darren lassen. Ac statim Fridericu excipiens. Mox, inquit, vi tu sapienter agere desieris. Creditumque est ab hac voce tacitus in usse consilium mutatio habitu corporis agendi mercenarium inter populares conditione agere. Quod eo usq; illi successit, ut eius purpuratis omnia post ei prospere succederent, collectio non ita contemnendo thesauro, quo constituerat principales redditus liberare ab alieno aere nisi prouentus morte fuisse, reliquo uno duntaxat hacten de impubere filio Sigismundo, quem Cæs. Fridericus tunc vna cum thesauris in Austriam aportauit. De me, inquit) Argumentum vel potius exemplum pro eius, qui retulerunt in literas, Principes difficile audire verum. Vide Eng. lib. Apophth. quinto.

Hoc unum) Deest in exemplari meo Sylviana contentio seu manus parallelum in cap. 49. Hoc unum est) Videlicet observare cultum religionis, Regum Alphonsi, qui Pontano teste sacra statu ritusq; Christianos ac sciamas ceremonias tanto cultu obseruauit, vi non tantum omnes atatu sua, multorumq; ante seculorum reges superauerit, sed etiam sacrosanctu pontificatu hoc præiuenerit. Henricus) Eius nominis quintus a quo posteriores reges sciam exemplum eius Francos quoq; appellarunt. Vide Polyd. lib. 22. Craffina Alfonso Fiducia euentus. Veterum historie tribuunt similem fiduciam victorie Alexandro magno, Scipioni maiori, & huius legato C. Domitio, Facili) Ementi peracti. Sequenti die) Attende quā parua Anglorum manus, fere credibili numero Gallorum stragem omnium memorabilem ediderit. Sed haec rara non solent sine numero diuine euincere. Comissa est ad viculum, cuius nomen, circiter dimidium diei, que diuina Crispino & Crispiniana sacra est. Angli etiamnum solennis, a reparata salute anno M. CCC. XL. Quanquam Volaterranus & Polydorus tantum numerum penè parem, in cap.

Prælum  
Anglorum  
& Gallo-  
num,

Stris ab hoste trucidati non fuissent, alter omnino quindecim milia Gallorum cecidisse scribit sexcentus ad summum Anglis desideratis. Sylvius ipse haud facile fidem abrogarim, quod is proximo mox seculo floruerit, studiosus rerum Galliarum indagator. Gallorum opes fregit) Hi paulo ante, tanta enim eis certe Victoria spes, sed vana erat, ad Henricum nuncium miserant quaestum, quanti vellet se redimere, quem ferunt respondisse. Se sperare iuxta duas tres ue horas, ita usu venturum, ut potius Gallis, quam Anglis essent de redemptions cogitationes fasciende. Hieronymus idem scribit enarrans cap. 7. in Micheam se leguisse in cuiusdam controveuersia. Amicus diu queritur, vix inuenitur, difficile seruatur.

Ciceron Non est Ciceronis sed Platonis in Phedone unde reponendum  
Plato. Lege diuum Hieronymum ad principiam virginem. Commentatio  
mortis) Olim in diuitium epulis apud Aegyptios unusquisque cadaver  
lingueum, sed quam proxime ad verum effectum ostendit sin-  
gulis, dicens, in hunc intuens porta & oblectate,  
talis post mortem futurus.

# IN QVARTVM COMMENT. AENEAE SYLVII LIBRVM SCHOLIA.

**D**RINCIPVM PRO DE MIT EX ULTIMO  
soloni sumptum est, ubi laudes Hispanie pluribus attingit. De-  
inde Sylvius commendat Cardinales qui interfuere Synodo  
Basilensi. Postremo dotes suas immortali omniumq; seculorum  
regi Deo fert acceptas Rex mortalis Alphonsus. Literarum  
notitiam) At stipulatur Sabellicus libro sexto Enneadis decima. Rei, inquit,  
literarie adeo studiosus, ut nullius aequi rei, deducit, pricipue operam Gram-  
maticae arti, nouit dialecticæ nodos euoluit historiam poetas & Oratores. Addit  
alicubi Sylvius, nihil ei abditum in philosophia, arcanaq; Theologie perscrut-  
atum omnia. Conexerim profectio iustum volumen si recitare velim  
quicquid verborum usquam in preconium Regis incomparabilis apud  
clarissimos autores extat. Cuius utinam posteritati contingat

semper similes principes, hoc est & literati, & nihilo bellica virtute inferioris. Talem serè nostra atas habuit Ces. Maximilianum, quā cum bināque uerat callere literas Romanas, frequenter latine loquebatur, vnum aliquam purpuratorum magno loco natum rogauit aliquando vivum latine scire. Quid agitur, quum is respondisset. Scio quidem, sed non aliud quām militare. Quid agitur, inquit, dic mibi, latinus est. Ein Sporredel. Itaq; quum ille, maxime quod in corona aliquot eruditorum adbærentium lateri Cesari, vocabulum reddere nequiusset, erubesceret, tum subridens Maximil. Nihilo, inquit, ex his p' doctis meū, tum aderant Stabius Collaurus, Gadius, Sementius, Heidenius, plerūs tum & alij. Naturales sapientia, Theologicae item non raro questiones proponebat, historia fidem ex autoribus requirebat. Tunc, ut Rome audiam recenscepisset per dispositum cursum mox afferri iussit. Vitas Cesariam recente maculatas ab Erasmo, quum referrem illico mihi iuberet, ut curen: quid mendis, ut dicebat, scateret illi à Vulhelmo Heda antea comparatum relumen, qui cum apud Mechliniam ipse iuuenis in auctoritate venit, ipso C. Maximiliano Theodorici Ostrogothorum regis vitam prelegi è Sidone epistola. Maximil. post ipse modo per oitum Ces. vitas evoluist, modo a prælogijs exceptit, subinde requirens, sicuti hæceret, sensum explicari, quem nunquam post amittebat. Fuit in co memoria quantam nulli ante principatum velire gentesimus quinquagesimus sextus Nemo inquit) Miserrimum est cæcum tjs, cui qui ponit offendiculum, Dei oraculo execratus est. Quod historia habet de Bellisario, nec demirari sati queas, huc adscribendū possum. Hic ille toties dux ac viator tandem iussu Iustiniani imperatoris cæcarius & quidem ob inuidiam statuit, ubi vitam egit, viclum mendicans a prætereuntibus, cuius ea patientia fuit, ut non aliter questus fuerit, quām vt diceret. Viator da obulum Bellisario que quæ virtus extulit, cæcū aut inuidia. Tunc unus Quemadmodum Alphonſi & Maximiliano accubenti sine discrimine modo adiſtebant aucti nelioris nota, libertasq; loquendi ad thema propositum dabatur, in quo aeo neliorū dissimilis est Ces. Ferdinandus, modo epistolariū magistri utramq; aurem accipiebant, quod ipse sine exemplo priorū principiū introduxit, consenserū ad nūraculum usq; obseruauit. Quod nepotes principes ex medicorum, ut apparet, prescripto, quum annus illud nunquam ampliiceretur, prætererunt, p' nūc

## IACOBI SPIEGELII.

291

- ¶ neq; ipse admodum de vita, quod norunt, qui morienti affuerunt, sollicitus  
fuit. Sed quis est hic) Vide omnino Erasmus in de Preparatione ad mortem,  
qui non vulgariter tradidit superans omnes, qui ante eum hoc argumentum  
traxerunt. Porro qui negant vspiam esse locum unde expurgata anima in  
peccato in spiritum sanctum aduenient, videntur Christo contradicere in Euangelio de  
beatorum cœtum aduenient, tamen penes se eam nun-  
Maximilianus qui nullum non pecuniarum aceruum impetivit, quamvis non  
raro ad eum ingens pecuniarum summa afferretur, tamen penes se eam nun-  
quam retinuit, sed ad questores deferri iubet, dicens se regendis hominibus  
Propositum, non auri sibi custodiā demandatam, quo si quis semel capiatur,  
mox e rege seruum futurum. Multis post anno) sub Eugenio quarto a quo, in-  
signis certe ingratitudinis exemplo, contemptim penè habitus, vix post sex-  
annos iam, ut Sylvius in Europe sine memorat circiter octo & quinquaginta  
genario maior rebus excessit humanis in Lintio. Viceximo ab excessu anno, qui  
fuit salutis. s. 13 in eadem diu Stephani Vienna mausoleo à C. filio interea  
magnificentissime facta conditus nummis argenteis Friderici symmetria si-  
gnata in populum sparsis. Maior est) Collata persona non dignitate. Notos  
habent modos iurisperiti, quibus preferuntur maiores atate, eis, qui maiori  
sunt dignitate. Conseruatam ab eo, vsq; ad summum eius diem testis est Pon-  
tanus, paulo post initium lib. i. de bello Neapolitano. In Stiriam) Ex omnibus  
nationibus Gothicis nulla amplius in Germania superest, exceptis Scyris, qui &  
nunc quoq; Stirj vel stirenses appellantur, & Turcilingi, qui & Turingi  
sunt qui Valerianum, olim, nunc ipsam esse Stiriam putant, alijs, que nobis  
hodie Croaciæ, m. gis esse videtur, quod & verius nunc ipse puto. Sleslie) Eius  
descriptionem, nobilisq; urbes, quarum caput Vratislavia est, nobis Presla,  
post omnes ex Althamerio pete. Habet suos duces seu regulos, sed qui Boemi-  
cum regem, cui prouincia ipsa paret, respiciunt. Sermo genti Teutonicus,  
Transforderans tamen Polonicus inualescit. Obseruandum autem legatum  
pro veteranorum canum almonia à testatore principe venationis studio-  
sis, testamento reliquit ab herede praefatum. Iacobus) Sylvius item honori-  
ficè meminit in descript. Europe cap. 41. Cum illi ad humanam felicitatem  
solum literarum cognitio decesset, filios accito grammatico nec ita infeliciter  
influiuendos curauit. De quib. vide Trenitum lib. 3.

N. 3

Suppli-

Suplicij genus) Cæl. lib. antiq. lection. sexto. Rotæ. inquit tormentum Germanorum sere peculiare censetur, ita tamen quod eius meminerit Attila phanes. Sed falso est, quum Trochus pro instrumento, quo eruitur viribus apud Aristophanem intelligatur. Et tantum a nobis inter supplia tota hæc beatitur, que maximi sint cruciatus, quod non latuit maiorem Beroldum. Cærolus) Potuit Marchionum ille potentissimus haberi, nisi dolo ac prædatione suorum et irenicus scribit, castris exutus venisset in potestatem bojii, Friderici Com. Pal. Rheni, ut res gesta est memorat aliquantò copiosius Generali, et

Dux quidam Oppauiae) Reposui pro Opponie. Moraus Silesiæ, et propter vulgo dicunt, Silesias, dirimit Oppauiensis districtus, ut accepi, à Petro Garencio, et decl. simi & ditissimi, & ni fallor, iuris est hodie Boemici. Apud humum examen cur apud Lituanos raro mulieres à viris diuertant. Vinam humum expedire regnante monarca his nostri etatis persuaderi posse, magno cruento partam regnum non recte existimari victoram, tum etiam interdum magis expedire regnum, non nisi aut inuitaret occasio, aut urgeret necessitas. Diximus maiorū Cymrucentiam esse. Neminem debere suscipere principatum, nisi melior sit his in quos susciperet. Antigonus rex conspiciens filium suum in qua habebat imperium ferocius tractantem atque insolentius. An ignorare, inquit, filii regnum nostrum esse splendidam seruitutem. Nihil dici potest certius. Nam princeps non minus obseruire cogitur populo, quam populus principi, nisi quod princeps id facit cum dignitate. Alioquin re vera matua seruitur, iactabundumque hoc nomine significamus. Hec vox satis declarat Sigismundum pacis quam belli studiostorem fuisse.

Nulla militia opus esset) Probus imperator dixisse fertur. Breui militia necessarios non habebimus. Spezabat enim tantam pacem, ut nihil opus esset exercitu. Dictum interpretatur Fl. Vopiscus in vita eius. Meo indica non errauerit, qui bellum quamvis iustum, & necessarium, malum dixerit. Erasmus Christianissimum ubique spirans, mentem Probi optat à Deo immunit omnibus nostri seculi principibus. Praetores) Nostrate lingua, vocant alij Schulteis, alijs Richter, nihil cum Rom. praetoribus communè quamcumque nomen habentes. Magistratus) Decuriones & qui barbaro vocabulo Scabini, seu qui quovis alio nomine consilij publici gratia secundum mores uniuersitatis ciuitatis in sequatum introducuntur, nunc magistratus nomine quoque venientia

venient accipiendi. Habent & Principes suos magistratus, sed de his nihil sensisse puto Sigismundum. Ignorati ) ignari scribe, & refer ad Senenses. Innuit autem opinor, quod quidam disseminarant, Alphonsum non tam Florentie quam Sena Dominum quarere, eamque ob vocem in castra Alphonsi animo suere Senenses, qui aliquando post iterata patris iussu expeditione armata in Florentinos conquererat. Satyrus ille ) Est locus apud Iuuen. ad finem Satyr. 3. Disce ex hoc cap. Delatoribus haud temere credendum, quo virtio si caruisset archidux Sigismundus omnino laudatissimus Principio bus equi potuisse. Cordatior igitur Fridericus Imp. haud dissimili fide, qua Philippus Macedo in medicum, de qua vide Plutarch. Iustin. Q. Curt. Val. Maxim. fuit in Schlickium amicum suum, quem resignatis literis innocenter abalienasset, reum autem paenam metu ad deteriora in sepe persequenda confisia prouocasset. Itaq; Principum est bene sperare de veteri amico, nec maiore simili tam proposita moderatione vsus est, quando hactenus aduentus tot calumniatrices voces Coritem Ortenburgium, vt cuius fidem ipse posuit perspectam habeat, sustinuit. Casparis Schlichij Fiorida est eius memoria eritq; dum literarum monumenta manebunt, quando a laudatissimis etatis illius Scriptoribus eximiae eius dotes commendatae sunt. Tametsi felicitatis pars & multo quidem maxima, qua proxima eius posteritas haud degener incrementa successusq; facit ad ipsum referenda videtur, maximè yiri dexteritatem commendans, quam, vt vulgatus habet versiculus,

De male quæstis non gaudet tertius bares.

Ceterum qui philosophos legerunt & quidem grauiissimos, norunt partem felicitatis in posterorum vtiq; proximorum successib; esse positam. Error pao teat ) Mire leni suspitionem emulorum vsus verbo minime odiose. Nam quod amuli proditoris meminerint, flagitiū certe erat indeprecabilis, prudens Princeps id verit in erroris nomen facilis ignoscenie.

14. Vix totidem ) Hoc ideo dicit, quod est controversia inter Scriptores de sapienti numero & ordine. Dicearchus, vt refert Laertius, neq; sapientes neq; Philosophos eos afferit, sed cordatos plane viros legumque latores.

15. Carolus Quartus Imperator audit Philosophicas disputationes. Scho- Carolus lam Pragensem ) Quam ipse pridem exerat, literis ac multarum lingua- rum cognitione instructus, cetera illaudatus Princeps : ad cuius memoriam Cas. Maximilianus tingebat, vt in Scholys nostris in Ligurinum indicauimus.

Dignitatem opesq; imperij minuit. Romani pont. maiestatem promovit, n<sup>o</sup> gnum Arelatense, quod non potuit, Gallorum Delphinis concessit, tamen plena alia improbata admisit, quæ nec corrigi nec recuperari possunt. Antiquus indoctorum animus in patinis. Animorum cibus audire sapientes. Philippus Alexandri patrem non puduit sacerdi se multa per errorem fecisse. perpetuus quod à teneris vnguiculis Philosophia Preceptis non fuisse imbutus, cuiusopus eius operam daret, legimus Aristoteli traditum fuisse.

Aptè dictum in auarum, apposite magis in prodigum retortum quicq; auaro contrarius. Quanquam Ethicorum placitum habet, auarum maxima recedere à medio quam prodigum, maxime autem quod profusi state prædente reuocantur ad sanitatem, cum auaricia insanabilis morbus sit, ad uineq; flagitiū genus viam aperiat. Fœneratores locum habent in determinatis auaricia genere: neq; enim auari omnes pari, atq; eodem modo, sed alij magis alij minus eius fœditate inquinati sunt. Nec verò unum est prodigorum genitus a quo Aristoteles excipit tyrannos ac reges, minimeq; putat prodigio cendos, quod tam multa possideant, ut dandis atq; vivendi illis vix abiret modum valeant. Thrasones hoc est, qui vana opinione de se turgent, quod ferè familiare est militum illiterateq; nobilitatis. Gnathones bacilli adulatores, amici mensales. Quod huc facit, Parasitus. Alexander pherit interrogatus, quomodo ī imperfectus fuisse, respondens per coxam, inquit, in meum ventrem. Sentiens Erasmo interprete, idem vulnus etiam suo infelix ventri, cui iam erat esuriendum, mortuo qui consueverat alcere. Si lacunam quidam sentit, non futuros maledicos, si nullum inuenirent auscultatores.

Legerat illud: Iuvenalis scilicet ad finem Sat. 7. Pont. lib. 5. de Cleopatra recte monet non tantum iure nobis colendos honorandosq;, quorum preceptis atq; informationibus exculti ornatiq; simus, verum & coram celebrandam memoriam, qui multis annis deceisse, cum & Mantuanum insignem in edificijs, in monumentis publicis Virgilij caput insigne gentis praefecisse, Sulmrnenses Ouidianum illud hemisticchium,

Sulmo nubi patria est. Doctrinam militis prætulit Imp. Sigismundus, quod, ut ipse longiusrum ac literarum peritiam amauit, ita viros eruditione præstantes seruos ornare ac prouehere studuit. Quo nomine cum à Germanis principibus quod latinas literas oderant, reprehenderetur, quod homines obscuro genere natu ob literarum commendationem fouveret. Quid ni, inquit, eos aniem, quos natura vaceteros antecellere voluit? Quod relatum est ab Eras. lib. apoph. 1. Germani plurimum tribuunt generis nobilitati. At Caesar vir prudens intellexit

intellexit in eruditia esse quiddam stemmatis prestantius. Illi habent eadum parietes Clypeis & imaginibus depictos, hi animum habent optimū disciplinis exornatum. Porro vt natura animus prestantior est corpore, ita ornamenta ingenij longe pulchriora sunt externe nobilitatis insignibus. Qui nihil aliud habet (vt supra quoq; dictum est) quam maiorum imagines, opinione nobilis est, verius quam re. At qui virtute preditus est, id quod Imperatoris dum hic innuit, germanam ac nativam habet nobilitatem.

20. Vitoldus ) Sic & hic scribendum. Alijs est Vitaodus. Subiectam esse oportere ) Tyranni plauē vox, quum Imperatorem principum omnium opt. max. legum Imperatō parere deceat. Nam, vt imp. Alexander eleganter dicit. Nihil tam proprium imperij est, quam legibus vivere, ergo improprium & alienum est ab imperio, non legibus vivere. Salomonius clarissimus iuriscons. eques<sup>qz</sup> Romanus spirans non raro pietatem, vt in eo locum minimē bateat, vt insulē salsum ita illud tamen hanc fortē omnino falso vulgi dīlum. Bonus iurista malus Christianus, nostrum Hadrianum. V I. Pont. max. quum pro populo Romano pedes eius, vt moris est, osculatum iuisset, congratulatum<sup>qz</sup> de eius electione, prospera nauigatione, felicē in urbem ingressu, refert grauiissimam responsonem clausisse his verbis. Bono animo sitū. Princeps qui aliud querit supra principatus honorem, quicq; haud solam populorum virilitatem querit, non princeps est sed tyranus. Os item meum paucis pascentur & corpus regitur, quicquid supererit ex pontificis redditibus, in Christianorum commoda effundetur. Ceterum quod lege civili solitus sit supraq; leges esse dicitur, Imp. Iustinianus interpretatus est. Imperiale, inquit, fortunam rebus humanis praepositū, vt possit omnia que noniter contingunt evendare & componere & modis & regulis competentibus tradere. Notanda inculcanda<sup>qz</sup> sunt illa verba principibus magis, quam que occiduntur eis, vt tyraanni siant, Legibus, scilicet, se non teneri. Fatemur apud principem plenitudinem potestatis esse ad bonum & non ad malum & licentiam, ad implementum iusticie & non iniquitatis, alioqui dicenda est plenitudo tempestatis. Observandum Lituaniis barbam chariorem esse vita. Capitalē pœnam ) Exemplum contrarij Principis, seu tyraanni maius. Principi namq; bono & prudenti ad pleraq; popularium suorum, quæ fruola magis quam improba videri possint, non raro conniendum est. Postremo civili iuris Professoribus memori mente teneendum, quod ferē iudicij instar habet, Imp. verbum, quo iure eorum praecellentia niti debeat. Vt Socrates apud Platonem in Ci- uli, virtutum exemplar subiectis vult esse regem.

Iustus )

Iustus) Si vox iustus à Sylvio adscripta est, tunc desideratur vel audientum est verbum, vel vult, vel censet, aut simile. Quanquam enim iubet scriptum contractè, idq; exceptorem in iustus mutasse. Semit autem Socrates neminem administrando regno resù publica admouendum. His enim iustior sit his, quibus præesse debet, quod antea quoq; relatum est. Hic enim p[ro]pus est longa sed plane diuina eius in citato lib. apud Platonem dicitur. Si regis electio) Sylvi h[ab]et sententia est, sumpta ex schola Polonica etiam. Videtur autem tacite improbare successionem regum, quam regni. Haud ybiq; melior a secutus recepit. Regem enim n[on] sci nihil magnificat. Regno dignum se prestatissimum est. Nicolaus Quintus) Arte medicina Adeo ille humili loco natus, ut ab oppido patrie Sarzana admodum frigida Lucensis agri cognomentum acceperit. Ab eo Fridericus Austrius eius coniuge Leonora diademata cinctus est. Egregiae huius laudes Platina munera paucis diebus d[omi]n[u]s pauit, quod apud Pontanum legimus in de Magnificis. Quod Volaterranus excerpit virtutem hoc in eo tantum notatur, quod n[on] bibendi studio teneretur perquisitus vndiq; vinorum generibus. Qualis fuit Huic haud dissimile est aequus vulgatum ex Athanasy Iamblico de tortum. Qualis pater talis filius. Similius vero peruetus illud apud Cicerone ad Atticum l.b. Epist. quinto. Qualis hera, tales pedisseque, tales religio Familiarib[us], celebratum illud, quales in repub. principes essent, tales solere esse ciues. Innuit autem Sarzana eum delectatum familiaritate de clorum, quorum potissimum opera in grauibus rebus ritebatur. Legi Platinae in fine vita eius. Fuit vero Eugenius principio vir in vita varius, verum pristea ad seipsum rediens constans, successorem habuit Nicolaum, quem vixit Ioanne Carualla Hispano roso galero ornauerat, quod sustulissent Germanorum neutralitatem nocti apud Fridericum imperatorem factorem Romani pontificis Sylvium eius magistrum ep[iscop]ularum. Quem & ante, usq[ue] auxilio fratris Alberti in arce Viennensi obsederant.

Victores subditii à victo suo principe pacem ingenti pecunia emunt. Fæmina) Margarite pridem Henrici ducis Sueciæ vxoris relata. videtur, sororifq; vt ante, meminimus, Friderici ducis est in bello contra Hungaros Lege Chronicon Hungaricum in Bela Quarto. Ottac Karum) Malo certe emine: nam repudiata aperfidiosa filiam regis Hungariae superinduxit, sequente cum post numinis vindicta, Eugenium) egregiam verò illi gratiam retulit, h[ab]endo contemptum cum in Italia subsistente, Quae tribuerit ei Nicolaus

Tudescus cognomento Panormitanus, cui prima inter pontificij Iuri professor  
res traditæ sunt partes, quanti item autoritas Concilij habenda sit, satis com  
monstrant luculentissimi eius commentarij de Concilio Basiliensi inscripti. His  
plane eruit Ecclesiam habere iurisdictionem in Papam, cumq; haud indignè  
ferre debere si statuatur autoritas concilij, quod solus ipse nec habeat, vt eius  
vix verbo omnimodam potestatem nec quam Christum aliud caput ecclesia,  
ipse Petri tantum vicarius: tūm plerq; alia que expedit scripta esse scholastici  
co vecung<sup>o</sup> stilo. Siquidem veritas verborum lenocinio non indiget. At è Chri  
stetu, qui ut es ipsissima veritas, ita solus omnium corda presertim aperta ha  
bentes, nosque quo consilio Canonis ete recesserint ab ea, contrariam opinionem sta  
tuentes. Cui, mirum est quam hic accedat Salomonius sui dissimilis facilius  
abrogando imperatori suam potestatem, vt à Deo minime descendenter, sed  
nimium suo loui blanditur, tantum non Deum illum faciens. Adimenda qui  
dem non est omnino Rom. pontifici potestas, modo contentus ea legitimè fun  
gatur, ceu omnium maximo summoq; in Ecclesia officio perficiens opere, quod  
titulo se fatetur, ministrum, scilicet sanctæ, hoc est seruum seruorum Dei:  
quod quale id sit Erasmus Evangelica vbiq; prudentia vsus non raro indica  
uit.  
Reges quoniam memoriam suam immortalem literarum tantum  
debent monumentis, ideo & quum est vt vici<sup>o</sup> sim corundem autores colant, fo  
ment, exornent, vt maximi quiq; reges suspexerunt olim. Ne vetustissimos  
affervant, vix aliquis è Romanis principibus fuit, quamdiu res Romana stetit,  
qui non aut ipse fuerit eruditus, aut studiosus eruditorum hominum. Gotho  
rum quoq; ac Langobardorum reges excoluere se humanitatis studijs. Nos  
mirum igitur ab eis & in pretio habitos, & illustres doctos esse factos.  
27 Bonus exitus ) Alludens, ne fallor, ad illud vulgatum. Si finis bonus,  
omnia bona, Sed & illud Soloni notum est. Neminem dicendum beatum, an  
te obitum. Quamdiu viuit homo, potest & ad meliora proficere, & ad dete  
riora degenerare.

Qui iocos) Ambigua locutio. Nam vel qui ferre, hoc est, tolerare possunt  
iocos, quibus acris punguntur, ita vt non irritentur ad iram, quam qui ad  
eum modum iocantur eiusmodi non raro in se prouocant, vel qui ferrent, hoc  
est in sermonem suum delectu quodam atq; moderatione iocos admitterens  
Casaris iudicio sapientes vel mauis prudentes. Qui vero promptissime, hoc est  
cum crebro tum omni ferre sermoni miscerent iocos facetasq; ingeniosi sint  
babendi. Nec ita absurdè, quod illi arte magis atque cura, hi natura potius  
vi, quales & poetæ nasci volant, nisi videantur.

Anno superiore) Qui fuit à partu virginis matris s. suprā M. CCCC.  
 & quinquagesimum. Albertum Fratrem ) Fratrem imp. Fridericu-  
 quem fratri uel perperam & tatis nostræ quidam Scriptor facit. ut non vere  
 rum incuria tantum atq; oscitania reprehendi debeat. A Turcis uel  
 Anno Salutis M. CCC. LIII. IIII. Cal. Jun. Lega autem à suis opere  
 sum fugientibus, sed quia Turci causa fuere eius mortis ideo sic dixit.

Carolus Quartus ) Observandum memorabile huius principis & po-  
 quam rarum insignis beneficentie exemplum in paratum iam sibi perinde  
 rem, ne vsg; adeò miranda iam sit Ethnicorum aliquot in hostes suos strenue-  
 tas. Habet item exemplum quod clare monstrat quam multis periculis  
 sollicitudinibus, ac in serijs sit refertus principatus. Venatione non posse  
 Tantè sunt eius illecebræ. Plato in fine lib. septimi de legibus. Sola inqui-  
 quadrupedum venatio illa restat omnibus optima, qua equis, canibus, cyp-  
 ris viribus agitur. Nam quibuscumq; diuina cure est fortitudo,  
 q; quadrupedes omnes cursu, vulneribus telis  
 manu propria venando vincere  
 debent.

F I N I S.

# CANDIDO

LECTORI.

**N**ON possum, vtpote longo locorum interuallo dis̄situs; ipse editiōnibus libellorūni, quos Bibliopolis mitto, adesse. Accuratē autem per literas monueram, & de Charta candida & firma; & eleganti litera antiqua, vel Poetica grandiore; & diligentia correctionis mediocri, in his Alphonsi Apophthegmatis adhibenda. Quid effecerim precibus meis penē supplicibus, lector candidus ipse videt. Quem de insignioribus aliquot Typogra. mendis nescie fuit hac indicatione admonere, nam in Chartæ fōrdidæ vsu morem suum perpetuò seruant.

In Epistola dedicatoria, fol. a 3. versu 14. lege, aspeccio, non aspicio.

Fol. 2. in Genealogia Alphonsi, Ferdinandus cuius vxor Isabella; non sub Ferdinando Catholico, sed sub Alphonso magno, cuius filius est collocetur. Deinde eodem folio 2. & alibi nota  $\Theta$ , quæ obijſſe aliquem, anno Christi adscripto, significat, quinques aut sexies omissa est, vt: Ferdinandus Iustus  $\Theta$  obijt 1415. Henricus IIII.  $\Theta$  1475. Elisabetha, Regina Castellæ,  $\Theta$  obijt 1504. Alphonsus magnus  $\Theta$  obijt 1458. Ferdinandus Catholicus  $\Theta$  1516. Carolus V.  $\Theta$  1558.

Fol. 2. versu 15. ad marginem lege 1416. fol. 3. vers. 4. lege oīi, non ori. Fol. 3. in Genealogia Valeſij Galliæ regis, lege, Ioannes à Carolo Delphino proditorie cœſus  $\Theta$  1419.

Oo Ludoicus

Ludoicus Dux Andegauensis 1314. Ludoicus 118  
1417. Ludoicus III. Cosentiae 1432. Fol. 3. fac. b. vna  
22. lege redierunt fol. 4. vers. 23. restitui. vers. 29. commendatio  
ne. vers. 33. Andegauensis fac. b. 23. nupta erat, intercessione, tre-  
trem. fol. 10. vers. 8. si tu hos. vers. 17. Villa. vers. 30. detraho, ib-  
12. vers. 21. die. vers. 23. dele, ut antea dixi. fol. 14. vers. 3. crudel-  
vers. 26. ductorem. fol. 15. vers. 5. tandem. 22. belli anno. fol.  
vers. 17. solitum. vers. 23. pigendum. vers. 27. Adriat. ver. 28.  
Fol. 18. vers. 22. thurea. Fol. 19. vers. 9. Ad. ver. 29. vellere  
bro. Fol. 20. vers. 23. periclit. Fol. 22. vers. 6. 9. 14. omisso est 30.  
Obijt. Fol. 23. vers. 20. dele, ad nos. Fol. 24. vers. 11. 31.  
Lanij, non Lami. Fol. 29. vers. 8. Harpyias. Fol. 27. vers. 12.  
abunde. vers. 11. ut vers. 15. Christi. Fol. 29. vers. 17. dedilictus  
duxisse. vers. 19. petijsse. vers. 27. ita. 28. Et Fol. 30. vers. 2. Lan-  
valo. Fol. 30. vers. 22. currunt. vers. 25. 26. sed seruantur.  
Etius tri. Fol. 31. vers. 11. Petrus Obijt. 1464. vers. 12. Lan-  
tius Obijt 1492. Fol. 32. vers. 11. ad. Fol. 40. vers. 20.  
anno 1416. non 1515. Fol. 41. vers. 24. vbi. Fol. 44. V. 21.  
tepenult. nominant. Fol. 45. vers. 1. Isclam. vers. 12. vltimis  
Fol. 47. vers. 13. ni aduerterimus. Fol. 49. vers. 30. sufficiuntur  
Fol. 15. vers. 16. Aquila. vers. 21. ad marginem 1483. Fol. 53.  
vers. 1. timent. penult. regem. Fol. 61. vers. 16. Historiam. ver.  
penult. & vlt. & facetiæ infacetæ. Fol. 63. vers. 15. promis. Fol.  
71. vers. 17. obligari. vers. 27. Chiroth. Fol. 24. vers. 4. facetiæ  
5. se nec. Fol. 75. vers. 8. qui. fol. 76. vers. 14. nauicula. ver. 17.  
Ferdinandum. Fol. 81. vers. 10. potius? Tibi. Fol. 84. vers. 18.  
reliqui. Fol. 86. vers. 9. renunciatur. vers. 15. factu. Fol. 84. vers. 19.  
salarium. 91. vers. 25. res diuinæ. 94. vers. 15. omni. 11. ver. 20.  
nult. curru. 105. vers. penult. præberet. 110. vers. 2. varia pe-  
111. vers. 32. Si vis amari ama. 112. vers. penult. fatis. 113. ver. 1.  
infuias 6. passus est Viennæ viuere 12. parabolano 14. Maionia 13.  
ti intr. 28. scorta. 117. vers. 13. temeritati. 18. femina. 119. ver. 2.  
dirip. 22. armario. 120. ver. 10. Hic. 14. commonuit. 121. ver. 3.  
5. at. 11. quæ. 14. armatos. 123. vers. 22. eam. vers. vlt. tua. 122. ver.  
vers. 17. pacto. 20. coecus. 126. vers. 25. Principes. 128. ver.  
ac eo fatis functo viduæ superstiti, cum. 131. 26. Chil. 132. ver.  
+ Sutis.

\* Stiriae, 27. rediret. 134. vers. antepenult, huc. 135. versu 11.  
tum. 137. vers. 7. præf. 139. vers. 16. habebo, 19. illis & tibi,  
29. Oenus, non Benus, 34. Orientem Hung. 140. vers. 10. Hung.  
11. Auftr. societate, 27. mihi, non tibi. 142. vers. 2. aberrat, 20. im-  
petrasse, 23. ad. 144. vers. 22. tractatur. 27. nobis. 146. vers. 2.  
anno 22. Stiriam.

Sequentium pagellarum σφάλμα diligens  
& candide Lector ipse emendabis.



OCN. 23615627

in idem. et. quod. sicutque. in. hunc. est.  
hunc. et. nullum. operam. hunc. et.  
genuit. hunc. et. sicutque. in. hunc. est.  
hunc. et. nullum. operam. hunc. et.

et. nullum. operam. hunc. et.  
et. nullum. operam. hunc. et.

